¶ Nam vis. Hic philosophia improbat propoſitum quadruplici via. ſcilicet quod dignitates non conferunt honorem et reuerentiam. Primo quia mali ſepe eueniunt. ſecundo quia per dignitates vicia improborum innoteſcunt. 3. quia opione bonorum vileſcunt. quarto quia temporum mutatione deſinunt ſecunda ibi. In quo. tertia ibi. Atque vt agnoſcas. quarta ibi. Sed hoc apud. Primo dicit. Nam pro nunquid. ea vis. id est talis virtus. est magiſtratibus. id est dignitatibus vt inſerant virtutes mentibus vtentium eis vt depellant vitia. quaſi dicat non. vnde ſubdit. Atque pro certe dignitates non ſolent fugare nequitiam. ſed potius illuſtrare. id est manifeſtare. quod fit. id est propter quod fit. vt nos indignemur eas ſepe contigiſſe hominibus nequiſſimis. vnde catullus qui erat vir ſapiens et virtuoſus. Nonium qui erat homo vitioſus appellat ſtrumam licet viderit ipſum ſedentem in curuli. id est ſede dignitatis iudiciarie. vides igitur quantum dedecus dignitates adiiciant hominibus malis. et manifeſtant eos eſſe contemptibiles a bonis. Atque pro certe. indignitas. id est malicia eorum minus patebit ſi nullis honoribus inclareſcat. id est ſplendeat o Boe. num. id est nunquid tu potuiſti tot periculis adduci. id est affligi. vt cum decorato. id est tali viro magiſtratum gerente. cum in eo reſpiceres mentem nequiſſimi ſcurre et delatoris. quaſi dicat. non nunquid poſſumus iudicare dignos reuerentia ob honores. id est propter dignitates. quos iudicamus indignos ipſis honoribus. id est dignitatibus. quaſi dicat non. At ſi quem videres preditum ſapientia. licet non haberet dignitatem nunquid poſſes eum non putare dignum reuerentia vel ſapientia qua preditus eſt. quaſi dicat. non poſſes eum iudicare indignum ſapientia et virtute ſua: quia propria dignitas ineſt virtuti. quam virtus transfundit in eos quibus fuerit adiuncta et quia populares honores hoc facere nequeunt. liquet. id est manifeſtum eſt eos propriam pulchritudinem dignitatis non habere. ¶ Nota. ex litera poteſt formari talis ratio. Illud quod adueniens alicui non confert et ſi aduenientes non aufert honorem illud non facit eum honorabilem: ſed dignitates non conferunt honorem cui adueniunt nec tollunt ſi non adueniunt. ergo &c. Minor probatur quia honor ſequitur virtutem ex 4. eth. Unde vitioſus nullo honore dignus reputamus in quocunque dignitate fuerit. ſed ſolum virtuoſus. etiam ſi non ſit in dignitate. cum igitur dignitates temporales non conferant virtutem nec tollant vitia manifeſtum eſt quod honorabilem non faciunt. ¶ Nota. catullus erat vir ſapiens et virtuoſus qui nonium ſedentem in curuli ex animi indignatione vocabat ſtrumam: eo quod viro tam malicioſo collata fuit dignitas. eſt autem ſtruma congeries humorum in collo. ſub hac autem ſimilitudine ipſum appellabat ſtrumam. quia in pectore habuit congeriem vitiorum. ¶ Nota. quod rex Theo. voluit quendam nomine decoratum violenter intrudere in magiſtratum vt vna cum Bo. rempublicam regeret. cuius nequitiam. Boe. deteſtatus: recuſauit ſibi aſſociari. propter quod Bo. multis iniuriis afflictus fuit a rege Theo. ¶ Nota. quod ſcurra ſecundum huguitionem idem eſt quod leccator vel vaniloquus proprie autem dicitur qui ſequitur curiam gratia cibi. ¶ Nota. quod virtus facit homines reuerendum et nobilem non dignitas: quia dicit Sen. 44. epiſtola. virtus non accepit platonem nobilem et reuerendum: ſed facit quoniam eſt enim generoſus: virtuoſus: et dignus niſi qui ad virtutem eſt bene diſpoſitus. non facit homines nobiles atrium plenum famoſis imaginibus et nummis. ſed animus et virtus ſupra fortunam ſurgens.

¶ In quo illud eſt animaduertendum magis: nam ſi eo abiectior eſt quo magis a pluribus quiſque contemnitur: cum reuerendos facere nequeat: quos pluribus oſtendat: deſpectiores potius improbos dignitas facit. verum non impune: Reddunt namque improbi parem dignitatibus vicem: quas ſua contagione commaculant.

¶ In quo. Hic philosophia probat ſecunda via quod dignitates non faciunt homines nobilem et honorabilem: quia vitia improborum manifeſtant dicens. In quo ſcilicet quod dignitas aduenit malis illud eſt magis animaduertendum quod ſi aliquis eo eſt abiectior. id est vilior. quo. id est quanto magis contemnitur a pluribus cum dignitas nequeat facere improbos reuerendos. ipſos facit deſpectiores quos pluribus oſtentat. verum pro ſed hoc non eſt impune. id est dignitas non facit hoc impunita. nam quia pro quia improbi parem vicem reddunt dignitatibus quas ipſi commaculant ſua contagione. quaſi dicat. ſicut dignitas maculat improbos. quia eorum maliciam manifeſtat. ſic econtra improbi commaculant dignitates. ¶ Nota. per dignitates vitia improborum innoteſcunt: quia principatus virum oſtendit: cum igitur vitium faciat hominem contemptibilem: temporalis dignitas adueniens improbis: facit eos deſpectiores. vnde Iuue. poeta. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimen habet: quanto qui peccat maior habetur. Et Se. Loco ignominie apud indignum eſt dignitas.

¶ Atque vt agnoſcas veram illam reuerentiam per has vmbratiles dignitates non poſſe contingere:

ſic collige:ſi quis multiplici conſulatu functus in barbaras nationes forte deuenerit venerandū ne barbaris honor faciet. atqui ſi hoc naturale mun⁹ dignitatibus foret ab officio ſuo quoquo genitum nullo modo ceſſarent. ſicut ignis vbiq3 terrarum nunquā tamē calere deſiſtit. ſed quoniā id eis nō propria vis ſed hominum fallax ānectit opinio va neſcunt illico cum ad eos venerint qui dignitatē eas eſſe non eſtimant.

¶ Atq3 agnoſcas. Hic pħia pbat tertia via ꝙ dignitates nō faciūt reuerēdū: q: opinione hoīum vileſcūt q eni3 dignitatib⁹ funguntᷓ q̄uis a ſuis honorentᷓ tn̄ apud extraneos hoies nō curant. vt ab illis q ſunt alterius dyoceſis Vn̄ dicit. Atq3 ꝓ certe. vt agnoſcas veram reuerentiā q̄ ē beatitudo nō poſſe contingere alicui homini p has dignitates vmbratiles. i. tranſitorias ad modū vmbre ſic collige ſi qs hō functus. i. vſus multiplici cōſulatu. i. dignitate deuenerit forte in barbaras natiōes. i. extraneas gentes: faciet ne honor cōſulat⁹ ipſu3 venerandū barbaris. q. d. nō Atqui pro certe. ſi hec. ſ. facere reuerendū barbaris. foret . i. naturale mun⁹ dignitatib⁹. nullo mō ceſſarent ab officio ſuo. quoquo. i. quocūq3 loco genitu3. Sicut ignis vbiq3 terrar̄ nūq3 deſiſtit calere. i. cremare. ſ3 qm̄ id. ſ. reuerēdum facere. eis annectit fallax opinio hoīu3 ⁊ nō ꝓpria vis illico. i. ſtatim vaneſcūt. cū ad eos venerint q non eſtimant eas eſſe dignitates. ſicut ſunt nationes barbarice. i. extranee. ¶ Nota ꝙ res nō deſtituitᷓ a ſua ꝓpa operatiōe cum .n. opatio ſit finis hn̄tis operationē. ſcđo celi ⁊ mūdi. res deſtituta a ſua operatiōe deſtitueretᷓ a ſuo fine. ⁊ ſic eēt fruſtra. Si ergo facere reuerendū eēt naturalis opatio dignitatū. vbiq3 gentiū facerent hoie3 reuerendā. ſed videmus ꝙ dignitates que faciunt aliquē reuerendum apud ſuos. apud extraneos non faciunt ipſum reuerendum.

¶ Sed hoc apud exteras nationes. Inter eos vero apud quos orte ſunt: non perpetuo perdurant. atqui prefectura magna olim ptās nūc inane nomen ⁊ ſenatorii cenſus grauis ſaracina. ſi qs quōdam populi curaſſet annonam magnus habebatur. nunc ea prefectura quid abiectius. Ut. n. pauloante diximus: quod nihil h3 proprii decoris: opinione vtentium: nūc ſplendore3 accipit: nūc amittit. ſi igitur reuerendos facere nequeunt dignitates: ſi vltro improborum contagione ſordeſcunt: ſi mutatione temporum ſplendere deſinūt: ſi gētiū eſtimatiōe vileſcunt: qd eſt ꝙ in ſe expetende pulchritudinis habeant: nedum aliis preſtent.

¶ Sed hoc apud exteras. Hic pħia pbat quarta via que ſumitᷓ ex hoc ꝙ dignitates tpor̄ mutatiōe ſordeſcūt. quod .n. magna oli3 fuit dignitas moderno tpe ꝓ nihilo reputatur. Vn̄ dicit. Sed hoc ꝙ dixi ver̄ eſt apud exteras nationes. i. extraneas. ſed iter eos apud quos dignitates orte ſunt nō ꝑpetuo durāt. Atq pro certe. nam prefectura oli3 erat magna ptās apud romanos. ſed nūc eſt inane nomē ⁊ cenſus. i. ꝓcioſitatis ſenatorii nunc eſt grauis ſarcina: q̄ olim erat magna dignitas. ⁊ ſi qs quondā curaſſet annonam ppl̄i q dicebatᷓ ꝑfect⁹ annone. ille magnus hēbatur. nūc ea ꝑfectura: qd ē abiecti⁹. q. d. nihil. Ut. n. pauloante dixim⁹. Nihil. n. h3 ꝓpꝛii decoris. qđ opinione vtentium nūc accipit ſplendorē nunc amittit. Et tūc epilogat dicēs. Igitᷓ ſi dignitates nequeūt facere reuerēdos vt p3 ex ꝑma via. ſi ſordeſcūt ꝯtagione. i. vitio iprobor̄ vt p3 ex ſcđa via ſi deſinūt ſplēdere mutatiōe tpor̄. vt docet quarta via. ſi vileſcūt eſtimatiōe gentiū vt p3 ex tertia via. qd eſt qđ hēant in ſe expetēde. i. deſiderāde pulchritudinis. nedū aliis preſtent. q. d. nihil hn̄t i ſe pulchritudinis. ⁊ iđ nec eā aliis ꝑſtare pn̄t. ¶ Nota ꝙ ꝑfectura quōda3 erat magna dignitas apđ romanos ⁊ dr̄ ille ꝑfect⁹ q ceteris magr̄atib⁹ prefuit. ⁊ oēs dignitates in ciuitate romanā antecellebat. ſed poſtq̄3 Julius ceſar iperiū iuaſerat talis dignitas ad iperatore3 trāſferebatᷓ ⁊ diminuebatᷓ eius ptās: ita ꝙ nomē illius dignitatis māſit ſine re. Itē ſenatoria dignitas magna fuit apud romanos q: offiñ ſenator̄ ꝑus fuit honeſtum. ſ. vtilr̄ cōſulere reipublice. ſ3 poſtea cōpulſi fuerūt ſenatores ad ſeruiendū voluntati ꝑncipis in dānū reipublice.

Sequitur metrum quartum tertii libri.

Quāuis ſe tyrio ſuperbus oſtro.
Comeret: ⁊ niueis lapillis
Inuiſus tamen omnibus vigebat
Luxurie nero ſeuientis.
Sed quondam dabat improbus verendis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos:
Quos miſeri tribuunt honores.

¶ Sequitur metrum quartum tertii libri.

Uamuis ſe tyrio ſupbus oſtro. Hic icidit q̄rtū metr̄ huius tertii qđ dr̄ metr̄ ualenticū ab inuētore dactilū a pede ꝑdn̄ante. tetrametr̄ a numero pedū. In quo metro pħia cōfirmat p exemplū ꝙ dignitates nō faciunt vere reuerēdū. ⁊ p ꝯñs nō eſt btitudo q̄renda in eis q: dignitates aduenieba nt neroni q peſſimus erat: ⁊ ab eo aliis cōferebanᷓ. vñ dicit in littera. Quāuis ſuperbus Nero ſeuientis luxurie comeret. i. ornaret. ſe oſtro tyrio. i. purpura tincta i ſanguine tyri. ⁊ q̄q̄uis comeret ſe niueis lapillis. i. albis margaritis tn̄ ipe vigebāt. oibus iuiſus. i. odioſus. Naz iprob⁹ nero dabat verendis pr̄ib⁹. i. reuerendis ſenatoribus curules. i. tales dignitates. ꝓp quas ſedebant in curribus indecores: q: ab indigno dabāᷓ. Quis igiᷓ putet. i. reputet illos honores beatos. q miſeri. i. improbi ⁊ vitioſi tribuunt q̄ſi diceret nullus. ¶ Nota dicit neronē ſeuientis luxurie. q: eps linconienſis noie ꝑculſus narrat. ꝙ nero oia theatra Italie. et grecie plaſtrās aſſumpto vario decore veſtitus cytharīſtas tragidas ⁊ aurigas ſepe ſuperaſſe viſus eſt. tantis libidinibus exagitatus vt nec a matre nec a ſorore abſtinuiſſe videatur reuerentia ꝯſanguinitatis. vix̄ i vxorē duxeral ⁊ ipe a viro i vxorē receptus ē. ⁊ fuit luxurie ta3 ineffrenate vt retibus aureis piſcaretᷓ que purpureis funibus extrahebāᷓ ⁊ lauabāt ea frigidis ⁊ calidis vnguētis que nunq̄3 minus q̄3 mille talētis ꝯfecit ⁊ nihilomin⁹ ipe nero ta3 vitioſus dignitatē iperialē adept⁹ ē. imo et aliis dignitates largit⁹ ē.

Proſa quinta tertii libri.

An vero regna regūq3 familiaritas efficere potentem valent. Quid ni quando eor̄ felicitas perpetuo perdurat: atqui plena ē exemplorum vetuſtas: plena etiam pn̄s etas qui reges felicitate3 calamitate mutauerint. O preclara potentia que nec ad conſeruatione3 quidem ſui ſatis efficax inuenitur.

¶ Proſa quinta tertii libri.

An vero regna. Hec ē q̄nta proſa huius tertii i q̄ oñdit pħia ꝙ regnū ⁊ regu3 familiaritas non ꝯferāt vera3 potentia3 qua3 ꝓmittunt: ⁊ ꝓp quas appetunᷓ. Et ꝑmo oñdit vera3 potentia3 nō eē in regnantib⁹ ſecundo ꝙ nō i regū familiarib⁹ ibi. namqd ego. qđ e aūt in regnautib⁹ nō ſit vera potentia ⁊ per ꝯñs non ſit vera beatitudo. probat quattuor viis. Prima ſumitur ex paruitate durationis regnantium. Scđa ſumitur ex paruitate extenſionis. Tertia ex annexione timoris. Quarta ex defectu ſecuritatis. Scđa ibi. Qđ ſi hec. Tertia ibi. ex

pertus ſortis.quarta ibi.Atqui vellent. Primo ꝓponit 
tentum ꝑ modū q̄onis dicens.An regna ⁊ regū familiari-
tas valent efficere potentē.⁊ rn̄det yronice.qd ni.i.quare
non efficerēt potentē.qm̄ eoꝝ felicitas .i. poteſtas ꝑpetuo
ꝑdurat.qđ ſup.nunꝙ̄ cōtingit.vn̄ ſubdit.Atq pro certe.
vetuſtas plena ē exemploꝝ.⁊ etiā p̄ſens etas qui reges mu
tauerint ſuam felicitatē calamitate.Et ſubdit.O preclara
eſt potentia.loquendo yronice que nec inuenitur ſatis effi-
cax ad cōſeruationē ſui.¶ Nota nulla felicitas ꝑpetuo ꝑ
durat ſaltem tꝑalis.hoc patuit prius exemplo vetuſtatis
poſito de creſo rege lidoꝝ.hoc etiā ꝓ exēplis eoꝝ q erāt
tꝑe Boetii.ſicut de iperatoribus romanis q crebro circa
tꝑa ſua mutabant.nūc bellis nūc inſidiis oppreſſi vel alio
modo obiecti. Et ideꝫ teſtatur Ganfredus i poetria dicēs
Hoc vnū preſcire potes.ꝙ nulla ptās eſſe moroſa pōt. ſi
vis exēpla priores reſpice fortunas.emicuit illa hoꝝ flori-
da ꝓſperitas. Minos ſubuertit athenas.

¶ Quod ſi hec regnorum ptās beatitudinis au-
ctor eſt. Nōne ſi qua parte defuerit: felicitatē mi
nuat:miſeriā importet. Sed quāuis late huma-
na tendantur imperia.plures neceſſe eſt gētes re-
linqui quibus regum quiſqꝫ nō imperet. Qua ve
ro parte beatos faciens deſinit poteſtas:hac impo
tentia ſubintrat que miſeros facit. Hoc igitur mō
maiorē regibus ineſſe neceſſe ē miſerie portioneꝫ.

¶ Qđ ſi hec regnoꝝ ptās.Hic oſidit ꝙ ptās regia nō eſt
vera ptās nec btifica ꝓpter ꝑuitatē extenſionis ei⁹ dicēs
Qđ ſi hec ptās regnoꝝ eſt auctor.i.cā btitudinis.nonne ſi
qua ꝑte defuerit regia ptās.ipſa minuat felicitatē ⁊ ipor-
tet.i.iducat miſeriā.q.d.ſic.ſꝫ q̄uis humana imperia la
te tendant.tñ neceſſe ē plures gentes relinq.qbus qſqꝫ re
gum nō imperet.nō.n.pōt eſſe ꝙ vnus oibus iperet.q̄ vo
ꝑte deſinit ptās faciēs btōs:hac ꝑte ſubintrat ipotentia q̄
facit miſeros.Hoc ergo mō neceſſe ē i regibus eē maiorē
portioneꝫ miſerie q̄ꝫ felicitatis cū in maiori parte ſint ipo-
tentes.¶ Nota ſi ptās regia efficit btm̄.ergo vbi eſt defe-
ctus ptātis regie.ibi erit defectus btitudinis cuꝫ igit plu-
res ſint gentes ſuꝑ quas nō ē ptās vnius regis q̄ꝫ que ſub-
iaceant ſue ptāti.ſequit ꝙ rex in maiori parte erit miſer et
nō beat⁹.igit in ptāte regia nō cōſiſtit vera beatitudo.

¶ Expertus ſortis ſue periculum tyrannus regni
metus.pendentis ſupra verticem gladii terrore ſi
mulauit. Que eſt igitur hec poteſtas que ſollicitu-
dinum morſus expellere:que formidinum acule-
os vitare nequit.

¶ Expertus.Hic oſidit ꝙ in regnantib⁹ nō ſit vera ptās
ꝑꝑ annexioneꝫ timoris per exemplum dicēs.qdam tyran
nus.ſ.dionyſius expertus ſue ſortis.i.fortune.q̄ꝫtū eēt res
anxia periculū metus.i.timoris ſui.ipſe ſimulauit.i.ſimi-
litudine demōſtrauit terrore gladii ſupra verticē pendētis
Que eſt igit hec ptās que neqt expellere morſus.i.corroſi
ones ſollicitudinū.nec pōt vitare aculeos.i.ſtimulos for-
midinū.i.timoꝝ.q.d.exilis.i.parua eſt talis ptās.¶ No
ta ꝙ dionyſius fuit qdam rex qui cum requireret a quo-
dam ſuo familiari.quare ſemper triſtaret cuꝫ tñ ſꝑ habe-
ret beatā vitā.iſte dionyſius volēs ſibi deſignare cām ſue
triſticie iuſſit eū poni inter epulas lautas:⁊ ſibi ſupra verti
cem iuſſit ſuſpendi gladiū acutum tenui filo.Iſte viſo gla
dio perterrit⁹ epulari nec letari potuit. Cui dixit dionyſius
talis enim eſt vita mea quaꝫ tu beataꝫ putabas.ſemꝑ eniꝫ
mortem mihi iminentem p̄uideo.Conſidera ergo quō fe-
lix eſſe poterit qui timere non deſinit.

¶ Atqui vellent ipſi vixiſſe ſecuri: ſed nequeunt:
Dehinc de poteſtate gloriantur. An tu potenteꝫ
cenſes queꝫ videas velle qđ nō poſſit efficere. Po
tentem cenſes qui ſatellite latus ambit.quos ter-
ret ipſe qui metuit.qui vt potens eſſe videatur: in
ſeruientium manu ſitus eſt.

¶ Atqui vellent.Hic pħia oſidit ideꝫ quarta rōne q̄ ſumi
tur ex defectu ſecuritatis dicēs.Atqui pro certe.ipſi reges
vellent vixiſſe ſecuri ſed nequeunt.i.non pn̄t.Dehinc.i.ex
quo ſeqtur ꝙ ſecuri eſſe nō pn̄t.quō gloriantur de ſua po
teſtate qđ nō eſt faciendūꝫ:qđ ꝓbat dicens.An.i. nūquid
tu potentē cenſes.i.iudicas illū quē videas efficere.i. pfi-
cere velle qđ non pōt.q.d.non eſt potens.An.i. nunquid
illum cenſes potentē.qui ambit.i.circūdat latus ſuum ſa-
tellite.i.multitudine.qui plus metuit illos quos ipſe ter-
ret.qui vt videat potens ſitus.i.locatus eſt in manu ſerui
entium.q.d.nō eſt potens.¶ Nota ex lr̄a pōt formari ta
lis rō.illud qđ non facit hoīem ſecurum hoc nō facit vere
btm̄ ſed potentia tꝑalis eſt hmōi.igitur ⁊c.Conſequentia
eſt nota q: quanto maior potentia tanto minor ſecuritas.
¶ Nota reges ſecuri eſſe non pn̄t.q: icōmoditates iminē
tes nō poſſunt formidare. Narrat enim Valerius de dio
nyſio ſupradicto.ꝙ in tantū timuit tonſores barbaꝝ ꝙ fi
lias ſuas docuit detondere barbas.ipſis aūt ſeneſcentib⁹
p̄cepit vt barbam ⁊ capillos ſibi aburerent.⁊ lectū cubicu
larem in lata foſſa fecit.in quem ſe ligneo ponte recepit.q:
ſatellites barbaros timuit.

¶ Nam quid ego de regum familiaribus dixerā
cum regna ipſa tante imbecillitatis plena demō
ſtrem.quos quideꝫ regia poteſtas ſepe incolumis.
ſepe autē lapſa proſternit.nero Senecam familia
rem preceptoremqꝫ ſuum ad eligēde mortis coe-
git arbitrium. Papinianum diu inter aulicos po
tentem:militum gladiis antonius obiecit. atqui
vterqꝫ potentie ſue renunciare voluerunt quoꝝ
Seneca opes etiaꝫ ſuas tradere nerōi:ſeqꝫ in oci-
um conferre conatus eſt ſed dum ruituros moles
ipſa trahit:neuter quod voluit effecit. Que ē igi-
tur potentia iſta quam pertimeſcunt habentes:
quam nec cum habere velis tu ſis.⁊ cum depo-
nere cupias.vitare non poſſis.

¶ Nam quid ego de reguꝫ.Hic pħia oſidit ꝙ in familia
ribus non conſiſtit vera potentia.ideo excludit quādā ob
iectioneꝫ ibi.An p̄ſidio.ꝓbat ergo ꝙ familiaritas regū nō fa
cit eſſe vere potentē.cuꝫ hmōi familiaritas nō poſſit retine
ri ad nutum.⁊ ipa retenta freqnēter vergat in nocumētuꝫ
dicit ergo.Nam qđ ego dixeram.i.dicā de familiarib⁹ regū
cum ipſa regna demonſtrē eſſe tāte imbecillitatis quos.ſ.
familiares regū regia ptās incolumis.i.ſana ſepe ꝓſter
nit.⁊ ipſa regia ptās lapſa ēt proſteruit ipſos.quō aūt re-
gia ptās incolumis deſtruat ſuos familiares docet ꝑ exē-
pla dicens.Nero coegit Senecaꝫ familiarē ſuū precepto
rem.i.magiſtruꝫ ad arbitriuꝫ eligende mortis. Antonius
imperator obiecit gladiis militū Papinianum ſuum fa-
miliarem diu potenteꝫ inter aulicos.Atq ꝓ certe vterqꝫ ſe
neca ⁊ papinian⁹ voluerūt renunciare ſue potentie ꝑꝑ cru
delitateꝫ p̄ncipuꝫ. voluerunt ſe ſubtrahere ab eis: quoruꝫ
vno Seneca conat⁹ eſt opes ſuas tradere Neroni vt ipſuꝫ
placarent.⁊ voluit ſe cōferre in ocium.i.i vitam ſolitariaꝫ
ſed dum ipſa moles.i.magnitudo potētie.trahit ipſos rui
turos.i.caſuros.neuter effecit qđ voluit.que eſt ergo iſta
potentia quam hn̄tes pertimeſcunt:quam cum habere ve
lis nō ſis tutus.⁊ cum deponere cupias vitare non poſſis
vt patuit de Seneca ⁊ papiniano.¶ Nota nero fingebat
ſe magiſtrum ſuum Senecam timere poſtq̄ꝫ imperator fa
ctus eſt ſicut in puericia.Vn̄ mandauit ſibi vt genus mor
tis eligeret.q: viuere non poſſet.Seneca cibo ⁊ potu ſatia
tus fecit aperire venam ⁊ bibens de anulo venenoſo iter i-

ſt Antiqui enim potentes ⁊ nobiles ſub gēma anuli venenum portabant: vt ſi quid aduerſi eis cōtigiſſet ad mortem cōfugerent. ¶ Itē antonius exſus imperator in ſuos tyrannizauit qui papinianū ſuū familiarē diu iter aulicos potētem gladiis militum occidi fecit ex qbus pȝ quō regia poteſtas incolumis ſepe ſuos familiares pſternit. Quō autē regia ptās lapſa pſternat ſuos familiares ex hoc pȝ. cum enim familiares imitantur regiam ptātem neceſſe ē vt ipa deficiente etiam ipſi familiares deficiāt.

¶ An preſidio ſunt amici: quos non virtus ſȝ fortuna concilliatur. ſed quem felicitas amicū fecit infortuniū faciet inimicū: que vero peſtis efficatior ad nocendū quā familiaris inimicus.

¶ An preſidio ſunt. Hic phia excludit obiectionē. Poſſet .n. aliqs dicere q̄ homo pōt pſeruari i ſua potētia per amicos. vn̄ q̄ aliq pdant ptātem ē pp defectū amicorum hoc excludit phia dicēs q̄ hoc nō pōt eſſe verū de amicis q fortuna pciliant. de amicis aūt q de vtute pciliant nō ē hic loquēdū. cū nō cōputent inter bona fortune de qb⁹ h̄ loqtur. vn̄ dicit in littera. An preſidio .i. auxilio. ſunt amici quos nō virtus ſed fortuna conciliat. q.d. nō hoc pbat per locū ab oppoſitis ſic. Quem felicitatis .i. fortuna fecit amicū. illū infortuniū faciet inimicū. que vo peſtis eſt efficatior ad nocendū q̄ȝ familiaris inimicus. q.d. nulla: qr inimicitiā illi⁹ cauere nō poſſum⁹ cū ei pſtent ſecreta nr̄a pp familiaritatē. ¶ Nota de amicis ſophiſticis loqtur ſeneca .6. epla. Qui vtilitatis cā aſſumptus fuerit tādiu placebit q̄ȝdiu vtilis fuerit. Amicor̄ turba florētes circūſedit ſed circa euerſos ſolitudo ē. vn̄ poeta Nam pretio q̄ſitus amor cū munere cedit. Inquātū durat largitio durat amicus. Alter poeta. Duȝ fortuna tonat. fugientes terret amicos. Naȝ qs amet qs nō vera pcella docet. Et alter poeta. Duȝ zephir⁹ flabat multis comitabat amicis. At ois aqlo turbine flāte fugat. Et Oratius Horrea formice nunq̄ȝ ad inania tendūt. Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. Qō aūt familiaris inimicus multum noceat dicit poeta. Plus nocet vt noſtis ad cūcta domeſticus hoſtis. Et res ipſa docet qualiter ipſe nocet.

Metrum quintum tertii libri.

Qui ſe volet eſſe potentem:
Animos domet ille feroces.
Nec victa libidine colla
Fedis ſubmittat habenis.
Etenim licet indica longe.
Tellus tua iura tremiſcat
Et ſeruiat vltima tile
Tamen atras pellere curas
Miſeraſqȝ fugare querelas.
Non poſſe: potentia non eſt.

¶ Metrum quītum libri tertii.

Qui ſe volet eē potētem. Hic incipit metr̄ qntuȝ hui⁹ tertii qō dr̄ pamantiū ab iuētore anapeſticū a pede pdominātē. catalecticū. qr vna ſyllaba deficit ad metri pfectionē. i q̄ metro phia oſidit quō va potētia ſit acqrenda dicēs. q̄ va potētia pſiſtit i reprimēdo vitioſos mot⁹ vel pcupiſcētias iordinatas qr ſine h̄ nullus ē ve potēs qu ātūcūqȝ dn̄etur. dicit g̊. Ille qui volet ſe eē potentē. domet aios feroces .i. crudeles: qr crudelitate hō aſſimilat feris: nec ſubmittat colla victa libidine .i. pcupie. fedis habenis .i. uitioſis motib⁹. lȝ eniȝ tellus indica .i. terra indie tremiſcat tua iura lōge .i. lȝ poteſtas tua extēdat ſe ad idiaȝ. ⁊ lȝ tibi ſeruiat vltima tile: q̄ eſt iſula vltra britaniā vbi ſol facit ſolſticiū eſtiuum ⁊ vltra nō pgredit. tn̄ ſi poſſe pellere atras curas .i. obſcuras ſollicitudines ⁊ fugare miſeras q̄relas pueniētes ex aduerſitate fortune nulla ē potētia. ¶ Nota q̄ ve potēs ē q ſenſualitatē ſubiicit rōni. vn̄ Sene. Si vis oia tibi ſubiicere: ſubiice te rōni. multos .n. reges ſi rō te rexerit. Et Ariſt. 4. ethi. Queādmodū puer̄ oȝ viuere ſm pcepta pedagogi ita oȝ cōcupiſcibile pſonare rōni. Itē Se. Magnū imperium regit q ſibi ipſi dn̄at. Fortior ē q cupiditateȝ vincit q̄ȝ q hoſtē ſubiicit. Eſt .n. difficiliſſimū vincere ſeipſū. Et ſalomon. fortior ē expugnator ai expugnatore vrbium.

Proſa ſexta tertii libri.

Gloria vero quā fallax ſepe quā turpis eſt. Unde non iniuria tragcius exclamat O gloria gloria in milibus mortalium nihil aliud facta niſi aurium inflatio magna. Plures enim magnum ſepe nomen falſis vulgi opinionibus abſtulerunt quo quid turpius excogitari poteſt. nam qui falſo predicantur: ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant

¶ Proſa ſexta libri tertii.

Gloria vo q̄ȝ fallax. Iſta ē ſexta pſa hui⁹ tertii i q̄ phia oſidit q̄ glia mūdana nō ſpectat ad veraȝ btitudinē: nec facit ve btū. Et primo oſidit h̄ de glia pp̄e vtutis. ſcd̄o de glia q̄ puenit ex nobilitate ſanguis. ibi. Iaȝ vo. Primo oſidit itentū de glia q̄ puenit ex laude falſe vtutis. Scd̄o de illa glia q̄ ex vis meritis pcedit. ibi. Que ſi ēt. Primo oſidit taleȝ rōneȝ. Illō qō eſt fallax nō ſpectat ad btitudineȝ. nec facit btū: ſȝ glia falſe acqſita eſt fallax: igit. ⁊c. Un̄ dicit in lr̄a. Glia vero q̄ȝ fallax eſt ⁊ q̄ȝ turpis ſup. ſatis pȝ. q̄ aūt ſit falla: pbat auctoritate cuiuſdā poete q tragedias cōpoſuit dicens. vn̄ tragic⁹ qdam exclamat ⁊ ponit auctoritateȝ eius i greco q̄ tantū ſonat in latino. O gloria in milibus mortaliuȝ nihil aliud facta es q̄ȝ magno auriū inflatio qō manifeſtat dicens. Plures .n. magnū nomen .i. gliaȝ abſtulerūt id ē falſe receperūt. falſis opinionib⁹ vulgi. Et oſidit q̄ hmōi glia ſit turpis dicēs. Quo .ſ. iaȝ dicto .ſ. hr̄e gloriaȝ falſis opinionib⁹. qd turpius excogitari pōt. q.d. nihil. Nā qui falſo pdicant .i. laudant. neceſſe eſt vt ipſi erubeſcant ſuis laudibus. Nota q̄ ſm Tulliū glia ē frequēs fama cum laude. Et eſt duplex vana ⁊ vera. vana glia eſt q̄ nullo cōſiciente pcedit in eē. Uera ē q̄ nullo pſiciente nō pcedit i eē. fama aūt eſt cognitio alicuius nō ſoluȝ in ppinquo: ſed ēt in remoto. ¶ Nota q̄ fama inducit gliam falſaȝ. glla falſa erubeſcentiaȝ. nam erubeſcentia ē crimen in gliationis cantum ex aliquo turpi perpetrato. Cum aūt aliquis ſe cognoſcat falſe acqſiſſe gliam tunc hoc timet manifeſtari ex cuius manifeſtatōe incidit i gliationē ⁊ verecundiam.

¶ Que ſi etiam meritis conqueſite ſint: quid tamē ſapientis adiecerint conſcientie: qui bonum ſuū non populari rumore: ſed conſcientie veritate metitur. Quod ſi hoc ipſum propagaſſe nomen: nomen pulchrum videtur: conſequens eſt vt fedum non extendiſſe iudicetur. Sed cum vti pauloante diſſerui: plures gentes neceſſe ſit eſſe: ad quas vnius fama hominis nequeant peruenire. fit vt quē tu eſtimas eſſe glorioſum eſſe. pro maxima parte terrarum videarur inglorius. Inter hec vero popularem gratiam nec commemoratione quideȝ dignā puto. que nec iudicio vero prouenit: nec vnquam firma perdurat.

¶ Que ſi eēnt meritis pqueſita. Hic phia pbat q̄ glia meritis acqſita nō ſpectat ad btitudinē: intēdens talē rōneȝ. Illud non ſpectat ad btitudinē de quo nulla ē cura ſapiēti. ſed de gloria etiam meritis acquiſita nulla eſt cura ſa

pienti ergo ⁊c. Maior eſt nota. Nam ſapiens maxime curat btitudinē cū ſit maxime felix. ſo. etbi. minorē poſuit i litera dicēs. Que. ſ. laudes ſpectātes ad gloriā. l; ſint cōquiſite meritis: qd tū adiecerint ꝯſcie ſapiētis: q bonū ſuū merit nō rumore populari ſed veritate ꝯſciētie quaſi dicat nihil. Scōo ꝓbat idez per locū ab oppoſitis dicens. Quod ſi pulchꝝ eſt propagaſſe nomē. ergo miſeꝝ eſt nomen nō ꝓpagaſſe: ſed cū pro magna parte terraꝝ neceſſe ſit nomē nō eſſe ꝓpagatuꝫ neceſſe eſt pro maiori parte miſeꝝ eſſe: dicit ergo. Qȝ ſi hic ipſuꝫ pulchꝝū vꝛ. ſ. propagaſſe. i. deuulgaſſe. nomen. i. gliam ꝯſīs eſt vt iudicet ſecum non extendiſſe nomen. ſed ſicut pauloante diſſerui. neceſſe ſit eſſe plures gentes: ad quas fama vnius hoīs nequeat ꝑuenire ſit. i. cōtingit. vt pro maxima parte terraꝝ ille videat ingloriꝰ quē tu eſtimas glorioſuꝫ. Et qꝛ aliqs dicet ſufficit ad btitudinē ꝙ homo ſit glorioſus in populo ſuo hñdo fauorem ppli. Dicit pħia iter hec bona q̃ ſunt i operatiōe virtuoſa non puto gr̃am popularē dignā cōmemoratiōe. que nec iudicio recte rōnis prouenit. nec vnq̃ꝫ firma perdurat. ¶ Nota ꝙ ſapienti non eſt cura de gloria. qꝛ dicit Macrobius. Sapiens fructū i cōſciētia ponit. ſtultus aūt i glīa. Et Seneca. Cōſcientiā potiꝰ q̃ꝫ famam attēde. ſed pleriq; famā. pauci ꝯſciam verent. ¶ Nota ꝙ fama popularis nō prouenit ex recto iudicio ratiōis. plus. n. populus ſequit inclinationē ſenſus q̃ꝫ iudiciū rōnis. Nec etiā fama eorum ꝑpetue durat. qꝛ ſm diuerſas paſſiones vulgi variat fama ppli. Vñ vulgares iudicant ſm concupiſcētiā non ſm rei veritatē. Pro tanto ſimiles ſunt auibꝰ quaꝝ intuitū nox illuminat ⁊ dies cecat. ex quarto huius proſa quarta.

¶ Jam vero quā ſit inane: quā futile nobilitatis nomen: quis non videat: que ſi ad claritudinez refertur: aliena eſt. Videtur nāq; eſſe nobilitas quedam de meritis veniēs laus parentum. Quod ſi claritudinem predicatio facit: illi ſūnt clari neceſſe eſt qui predicantur. Quare ſplendidū te ſi tuā non habes: aliena claritudo non efficit.

¶ Jam vō q̃ꝫ ſit inane q̃ꝫ futile. Hic probat ꝙ gloria proueniens ex nobilitate ſanguinis etiam non ſpectat ad verā beatitudinē. Et pmo oñdit vanitatez hmōi glorie. ſcōo oñdit quid boni ſit i nobilitate. ibi ꝙ ſi quid. dicit primo. Jā vō quis nō videat q̃ꝫ inane q̃ꝫ futile. ſ. labile ſit nomen nobilitatis. q. d. manifeſtū eſt. que. ſ. nobilitas. ſi refertur ad claritudinē. i. ad gloriaꝫ aliena eſt ab illis q ſe nobiles eſſe gloriant. qȝ ꝓbat per diffinitionē nobilitatis dicens. Nū qꝛ nobilitas vꝛ eſſe quedam laus veniens de meritis parentuꝫ. ꝙ ſi predicatio. i. laus facit claritudinem: neceſſe ē vt illi ſint clari. q predicant. i. laudantur hmōi aūt ſunt parentes non tu: quare ſi nō hēs tuā claritatē que ex laude tua ꝑueniat. aliena claritudo nō efficit te ſplendiduꝫ ideſt glorioſum. ¶ Notandū ꝙ nobilitas ſanguinis eſt inane: ⁊ futile nomē. qꝛ nihil vere nobilitat hominē niſi virtus. Vñ alanus in lib. de planctu nature. Quid tibi nobilitas qd claꝝ nomē auoꝝ. Si ſeruus vitiis factus es ipſe tuis. Jtē nobilis eſt cuiꝫ ſiqs virtute reſulget. Degener ē ſolus cui mala vita placet. Et paup Henricus. Nō preſigne genus. non claꝝ nomen auoꝝ. Sed probitas vera nobilitate viget. Et Sen. Nemo eſt melior altero niſi qui rectius ingenium habet altero. ⁊ ad bonas artes aptius.

¶ Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum: id eē arbitror ſolum: vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur ne a maiorum virtute degenerent.

¶ Qȝ ſi qd eſt ⁊c. Hic oñdit cuiuſmodi bonuꝫ ſit in nobilitate dicens. Si qd bonū eſt in nobilitate. illud ſolum eē arbitror. vt nobilius videat impoſita neceſſitudo ne a virtute maioꝝ. i. ꝓgenitoꝝ degenerent ſup. per mores vitioſos melius eſt enim a patre ignobili deſcendere ⁊ morigeratum eſſe. q̃ꝫ a nobili ⁊ ꝑ vitia degenerare. ¶ Notandū ꝙ gloriandum nō eſt de nobilitate. qꝛ dicit Sen. Si pulcher es: lauda naturā. ſi nobilis lauda parētes. ſi virtuoſus ⁊ ſapiens lauda teipſuꝫ. ſi diues lauda fortunā ſi potens expecta pauliſper ⁊ nihil eris. ¶ Notandū ſm Tulliuꝫ optima hereditas a patribus traditur liberis. oī patrimonio preſtantior. ſ. gloria virtutum ⁊ decor rerum geſtarum.

## Metrum ſextum libri tertii.

Omne humanum genus in terris.
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt.
Vnus qui cuncta miniſtrat.
Jlle dedit phebo radios.
Dedit ⁊ cornua lune.
Jlle homines etiam terris:
Dedit ⁊ ſydera celo
Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos.
Mortales igitur cunctos.
Edit nobile germen.
Quid genus ⁊ proauos ſtrepitus.
Si primordia veſtra
Auctoremq; deum ſpectes:
Nullus degener extat.
Ni vitiis peiora fouens.
Proprium deſerat ortum.

¶ Metrum ſextum tertii libri.

Omne humanū genus. Jſtud eſt ſextuꝫ metrum huius tertii qȝ dicit alamanicuꝫ ab inuentore. dactilicuꝫ a pede ꝑdominante. trimetruꝫ a numero pedū. ypcatalecticuꝫ qa vna ſyllaba ſuperhabūdat. Ju q̃ metro pħia ꝓbat oēs hoīes eſſe nobiles ꝑter vitioſos dicens. Oē genus humanuꝫ in terris cuiuſcūq; ſit ꝯditiōis ſurgit ab ortu ſimili: qꝛ ſm aīam oēs ſunt ab vno creatore. vnus. n. eſt pater reꝝ. i. vnꝰ creator ſup. nobilis q cuncta miſtrat. ſup. gubernādo. ille vnꝰ pꝛ dedit phebo radios ſuos. dedit lune cornua. dedit hoīes terris. i. habitare i terris. dedit celo ſydera ꝑꝑ ornatuꝫ eiꝰ. Hic pater clauſit aīos mēbris ſup. corporeis aīos iquā petitos. i. acceptos. celſa ſede. i. i celo. Jgit nobile germen. i. nobile ꝑncipiuꝫ. edit. i. ꝓduxit. cunctos mortales. i. hoīes. O hoīes qd. i. ad qd. ſtrepitꝰ. i. cuꝫ ſtrepitu iactatis. genus vr̄m et proauos vr̄os. ſi. n. tu ꝑ̄ſes. i. ꝯſideres auctoreꝫ deuꝫ et ꝑmordia vr̄a nullus extat. i. eſt degener. i. ignobilis. niſi fouens. i. opans peiora vitiis ſuis deſerat ꝓpriuꝫ ortuꝫ. i. deum a quo ꝓceſſit. Nota ꝙ oēs hoīes ex ea parte qua ſunt hoīes. ſunt eque nobiles. cuꝫ. n. nobilitas ſit quedā excellentia ꝯtracta ab origine. nobilitas hoīs precipue dꝫ attēdi ex ea parte q̃ eſt homo. ſ. ex parte aīe. Cum igit i oībus hoībus ſit eadē origo anime: qꝛ oēs aīe ſunt a deo: oēs homines ſunt eque nobiles. Solum āt illi ſunt ignobiles q d̄generāt a ſua origine. aīa āt a ſua origīe ꝓducta ē a deo. ⁊ eſt ſimilis deo. iō illi ſoli a nobilitate degenerāt. q vitioſis moribꝰ ſīlitudinē dei deturpāt: quā ex origine ꝯtraxerunt. ¶ Nota dicit aīos celſa ſede petitos: hoc loqt more platonico. q voluit oēs aīas ſimul eſſe creatas i celo ⁊ poſtea mitterent in corpora qȝ nō eſt veꝝ. ſed aīe creant in corporibꝰ. ꝗ loqt more platonico ꝙ deꝰ aīas receptas i celo clauſit mēbris corporeis ⁊ de hoc magis videbit. 9. metro huius tertii. ¶ Nota ꝙ oīum hoīum ē vna origo. qꝛ a deo ſunt creati. quē pꝛeꝫ oēs vocamꝰ. ⁊ oēs aīe ſunt a deo. ꝗ nullus ē nobilior alio ſm creationē. l; ſm ingeniuꝫ bene qꝛ ſoli illi ſunt ignobiles q degenerāt ſuam genealogiam eum deſcendunt a virtutibus ⁊ adherent vitiis.

Proſa ſeptima tertii.

Quid aũt de corporis voluptatibꝰ loquar quarum appetentia quidem plena eſt anxietatis: ſatietas vero penitentie. Quantos ille morbos. quam intolerabiles dolores quaſi quendam fructum nequitie fruentium ſolent referre corporibus: quarum motus quid habeat iucunditatis ignoro. Triſtes vero eſſe voluptatum exitus quiſquis reminiſci libidinum ſuarum volet intelliget.

Proſa ſeptima tertii libri.

Quid aũt ⁊c. Iſta eſt proſa ſeptima huiꝰ tertii i qua pħia oñdit beatitudinem non eſſe in voluptate. Et primo oſtendit hoc de voluptate generaliter. ſcđo de quadam voluptate ſpāliter. ſecũda ibi. Honeſtiſſima quidem. Primũ probat dupliciter ſm ꝙ ponit duas rõnes. ſcđa ibi, Que ſi beatos. Primo intendit talem rõnem. In illis non conſiſtit beatitudo ad que ſequunť multe incõmoditates. ſed ad voluptates ſequunť multe incõmoditates: ſicut declarat in littera ⁊ dicit. Quid loquar de voluptatibus corporis. i. delectationibꝰ corporalibꝰ quaꝝ appetentia. ideſt cupiditas plena eſt anxietatis. q: homo anxiatur cum caret eo qđ cupit. ſatietas vero. i. plenitudo voluptatuȝ plẽa ẽ penitentie. i. pene. cũ igiť voluptatibꝰ ſit coniuncta anxietas ⁊ penitentia. in eiſ non cõſiſtit beatitudo. ⁊ addit quantos morbos ille voluptates ⁊ q̃ȝ intolerabiles dolores ſolent referre corporibus fruentiũ eis. quaſi quendā fructuȝ neqtie ſup. ſatis pȝ quarũ voluptatũ motus. i. affectus. qđ hēat iocũditatis. i. voluptatis ignoro. quiſquis aũt volet reminiſci ſuaꝝ libidinũ. i. voluptatuȝ. ipſe intelliget. i. cognoſcet. exitꝰ. i. fines voluptatũ eſſe triſtes. Nota ꝙ duplex eſt voluptas. ſ. itellectualis ⁊ corporalis ꝑma eſt ꝓſequenda. ſ. itellectualis: q: cõſiſtit i ſpeculatiõe animam beatificans. Scđa eſt fugienda q: ꝯſiſtit in delectatiõe ſenſuali corpus mortificans. vñ Seneca. 52. epla dicit. Voluptates precipue extirpa qua latronũ more nos amplectuntur vt ſtrangulent. ⁊ Tullius. Voluptas impedit omne cõſilium atq; vt ſic dicam: oculos pſtringit mentium. ⁊ inimica eſt rõni. nullũ vult cũ virtute hře cõmertiuȝ. Nota ꝙ voluptas plena eſt pnia. Narrat eniȝ Valerius ꝙ cũ Demoſtenes pħus quereret amoreȝ Thaydis meretricis vt conſenſum ferret ei centum talenta petenti. Demoſthenes aſpiciens in eũ reſpondit: pro tanto precio non emam tantũ penitentie. ſciebat enim ꝙ voluptatẽ inſeparabiliter ſequiť pnia. Nota ꝙ voluptates multos morbos afferunt. q: dicit Seneca i quadā epla. Multos morbos multa fercula fecerũt. Et vult Ariſtotiles i ethicis ꝙ laborantes in paſſionibꝰ veneris ⁊ crapule maxime tranſmutātur ſm corpus. crapula eni plures occidit q̃ȝ gladiꝰ.

Que ſi beatos explicare poſſunt: nihil cauſe eſt quin pecudes quoque beate eſſe dicantur: quarũ omnis ad explendam corporalem lacunam feſtinat intentio.

Que ſi btõs. Hic pħia probat cõcluſionem ꝑus poſitam alio modo dedecendo ad incõueniens. Et eſt rõ iſta. Si i voluptatibus ꝯſiſteret beatitudo. ſequereť ꝙ pecudes eſſent beate qđ eſt falſum. pecudes enim laborāt ad explēdam corporis voluptateȝ. vñ dicit. Que voluptates ſi poſſunt explicare beatos. nihil cauſe eſt. i. nihil impedit. quin pecudes dicanť eſſe beate. quaꝝ omnis intẽtio feſtinat ad explendam corporalem lacunā. i. ingluuiẽ vẽtris. Notandum ꝙ cum felicitas ſit bonũ nature rõnalis: nullus beſtias felicitabit: q: tm̃ genus hoĩꝫ viuit arte ⁊ rõne. Notandũ ꝙ ad fugam beſtialium voluptatũ hortatur Ariſtoteles Alexandrum quadam epla dicens. O Alexander declina a conatibꝰ beſtialium voluptatum que corruptibiles ſunt. carnalis eniȝ appetitus inclinat ad corporales voluptates que cõtriſtant intellectũ. Et ſubdit. Conatꝰ voluptatũ generat carnaleȝ amoreȝ. Hic generat auariciaȝ hec generat deſideriũ diuitiaꝝ. qđ generāt inuerecũdiā. inuerecũdia preſumptionẽ. pſumptio infidelitateȝ. ifidelitas latrocinium ꝓpter que mala vitanda eſt voluptas.

Honeſtiſſima quideȝ coniugis liberorumq; foret iucunditas. ſed nimis e natura dictum eſt: neſcio quem illos inueniſſe tortores: quorum quaȝ ſit mordax quecunq; conditio: neq; aliaȝ expertum te: neq; nunc anxium neceſſe eſt admonere. in quo euripedis mei ſententiā probo: qui carẽteȝ liberis infortunio dixit eſſe felicem.

Honeſtiſſima qdeȝ ⁊c. Hic pħia oñdit ꝙ beatitudo nõ conſiſtit in quadam ſpāli voluptate. ſ. in matrimonio que licita eſt ꝑp generationem plis. intendens taleȝ rõnem. In illa voluptate non cõſiſtit felicitas que hȝ anxietatem ſibi annexam. ſed voluptas matrimonii ẽ hmõi ſicut tangit in littera vñ dicit. Iucũditas coniugis ⁊ liberoꝝ foret honeſtiſſima: ſed nimis extra naturam dcm̃: q: natura abhorret qđ volo dñe: q: neſcio. i. taceo. quẽ. i. aliquẽ inueniſſe. i. habuiſſe filios tortores. quorum filioꝝ q̃ȝ ſit mordax. i. anxia quecũq; conditio ſiue bona ſiue mala neq; neceſſe ẽ te admonere alis expertum neq; neceſſe ẽ admonere nunc anxium ideſt quo ego probo ſentẽtiā Euripedis mei pħi q dixit carentem liberis infortunio felicem eſſe. Notandum ꝙ anxietas ineſt patribus ꝓpter maliciaȝ filiorum. narrat enim Euripedes tropius in hiſtoria romanoꝝ ꝙ Demetrides in ſuos ſeuiens filios: duos ex eis interfecit. ⁊ cũ perſequereť tertiũ. ille cõgregato exercitu obſedit pfem. Pr aũt videns ſe non poſſe euadere ſeipſum interfecit. Etiam pater anxiatur de bonis filiis propter incenſaȝ dilectionẽ coꝝ ⁊ promotionẽ qbus ſi aliqđ aduerſi contigerit. pr reputat ſe infelicem. Ex quo pȝ ꝙ voluptas coniugalis habet anxietatem ſibi annexam.

Metrum ſeptimum tertii libri.

Habet hoc voluptas omnis.
Stimulis agit fruentes.
Apiumq; par volantum:
Ubi grata mella fudit.
Fugit: ⁊ nimis tenaci.
Ferit icta corda morſu.

Metrum ſeptimum, tertii libri.

Habet hoc voluptas oĩs. Iſtud eſt metrum ſeptimum huius tertii qđ dicit anacroanticuȝ ab inuentore. Iambicũ vel anapeſticũ a pede predominãte: q: hȝ ꝑmũ pedẽ anapeſtũ ⁊ reliqs iābos. ⁊ eſt dimetrũ. i. quatuor pedũ. catalecticuȝ q: deficit ſyllaba. naȝ poſt tres pedes remanet vna ſyllaba de quarto pede. In quo metro pħia oñdit qđ mali cõſequatur omnem voluptatẽ. oĩs. n. voluptas preter anxietateȝ ſibi annexam eſt trāſitoria. qđ ꝯfirmat ꝑ quoddaȝ exẽplũ dicens Oĩs voluptas hȝ hoc qđ dicaȝ. q: voluptas agit. i. vexat fruentes ſtimulis. i. punitiõibus. ⁊ eſt par. i. ſimilis. ſtimulis apiũ volantũ. vbi ꝑ poſtq̃ȝ apis fudit grata mella. fugit ⁊ ferit corda icta. i. ꝑcuſſa anxietate. nimis tenaci morſu. q. d. iocunditas voluptatis nimis ẽ tranſitoria. ſed ãxietas quā affert nimis ẽ ꝑmāſura. Notādũ licet oĩs voluptas corporalis primo delectet ⁊ poſtea pungat ad modũ apiuȝ. cũ hoc maxime incnit i voluptate venerea. ad cuius fugaȝ Ariſt. hortatur Alexādrũ dicẽs. O clemẽs imperator noli te multũ inclinare ad coitũ. q: coitus eſt quedam ꝓprietas porcorũ. q̃ igiť tibi gloria ſi exerceas vitium beſtiaꝝ ⁊ actus brutoꝝ. Crede mihi indubitāter ꝙ coitꝰ ẽ deſtructio corpis ab breuiatio vite. corruptio virtutuȝ legis

tranſgreſſio. ⁊ generat femineos mores. Qualiter autē ſit fugienda delectatio venerea docet alan⁹ in de plāctu nature dicens. Si venerē fugare velis. loca tempa vita. Nā locus ⁊ temp⁹ pabula donat ei. Et papa henric⁹ loquēs de amore dicit. Proſcribas igit̄ gladiis ⁊ fuſtib⁹ ipm. Et fugiendo fuga quem fuga ſola fugat.

Proſa octaua tertii libri.

Nihil igitur dubiū eſt qn ad beatitudinez hec via deuia quedam ſint: nec perducere eo quemq̄ valcant: ad quod ſe perducturas eſſe promittunt. Quantis vero implicate malis ſint breuiſſime monſtrabo. Quid enim pecuniam ne congregare conaberis: ſed eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis: danti ſupplicabis. Et qui preire ceteros honore cupis poſcendi humilitate vileſces. Potentiam ne deſideras: ſubiectorum inſidiis obnoxius periculis ſubiacebis. Gloriaz petis: ſed per aſpera queq̄ diſtractus: ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptariam vitaz degas: ſed quis nō ſpernat atque abiiciat vilſſime fragiliſſimeq̄ rei corporis ſeruū.

Proſa octaua tertii libri.

Nihil igit̄. ⁊c. Iſta eſt octaua proſa hui⁹ tertii in qua phia oſtēdit q̄ntis malis ſint implicata p̄dicta bona in qbus aliqui poſuerūt felicitatē. Po oſtēdit q̄ exilia ſunt corpis bona ibi. Jam vero. Primo dicit. Nulli dubiū eſt p̄dicta conſideranti quin hec vie qb⁹ nitunt̄ hoies ad beatitudinē puenire ſint quedā deuia. nec valeāt queq̄ pducere eo. i. illuc ad qđ promittut ſe eē pducturos. Quid eniȝ ſupple iſtoꝝ eſt ſine malo. q. d. nihil vſ ſubdit. Pecuniā cōgregare ne conaberis. i. laborabis. ſȝ eripies. i. recipies habēti: ⁊ ita implicaberis malo violētie vel fugere dignitatib⁹ dāti ſupplicabis. ⁊ q cupis ceteros preire honore. tu vileſces humilitate poſcēdi. potētiā nō deſideras. ſubiacebis piculis ſuboꝝ. gl'iaȝ petis. ſȝ p aſpera diſtract⁹ ſecurus eē deſiſtis. Voluptariā vitā degas ſed qs nō ſpnat atq̄ abiiciat tanq̄ ɔtēptibilē ſeruū viliſſime. q̄ p ⁊ fragiliſſime rei. ſ. corpis. Notādū q lbō querēs pecuniā icidit in malū violētie. q: ois pecunioſus ē violent⁹. prio ethi. Sȝ querēs dignitates ⁊ honores humiliādo ſe aliis ſupplicabit. Sȝ dicit ſene. in li. de beneficiis. Moleſtū ē verbū ⁊ oneroſuȝ demiſſo vultu dīe. rogo. Querēs autē potentiā ⁊ gl'iaȝ: opoꝛtet q propter potenliā ⁊ gl'iam defendendā pſecutiōib⁹ improboꝝ ſe obiiciat. ⁊ ſic ſecur⁹ eſſe deſiſtit. Querēs aūt vitā voluptuoſam oȝ q corpi ſeruiat. Sed dicit ſene. Maioꝛ ſum ⁊ ad maioꝛa genitus ſuȝ q̄ q ſim mancipiū ideſt ſeruus mei corpis quod nō aliter aſpiciam q̄ aliquod vinculum mee libertati circumdatuȝ.

Jam vero qui bona pre ſe corporis ferunt: q̄ exigua q̄ fragili poſſeſſiōe nituntur. Num enim elephātes mole: tauros roboꝛe ſuperare poteritis: Num tigres velocitate preibitis. Reſpice celi ſpacium: firmitudinem: celeritatem: ⁊ aliquando deſinite vilia mirari: quod quidem celum nō his potius eſt: q̄ ſua qua regitur ratione mirandum.

Jam vero. Hic phia probat in ſpeciali q̄ vilia ſunt bona corporis que aliqui reputāt exilia bōa. ſecūdo breuiter recolligit ſupradicta ibi. Ex quib⁹ omnib⁹. Prio oñdit itentuȝ de magnitudine. fortitudine. ⁊ corporis agilitate. ſecundo de pulchritudine. ibi. Forme vero. Primo oſtēdit q homo nō debet mirari de magnitudine fortitudine ⁊ agilitate corporis q: illa excellentius inueniunt̄ in brutis q̄ in hoibus dicēs. Jaȝ vero qui ferūt. i. cupiūt. bona corporis pre ſe. i. gratia ſui tanq̄ ſint optia. q̄ exigua. i. valde vilia. q̄ fragili poſſeſſiōe nitunt̄. i. laborāt. Nū eni elephantes mole. i. magnitudine. ſupare. i. excedere poteritis. nec tauros roboꝛe. i. fortitudie. Nū tigres pibitis velocitate. Reſpice ſpaciū. i. magnitudinē celi. firmitudinē. i. fortitudinē celi. celeritatē. i. velocitatē. ⁊ aliā dīnite. i. ceſſate mirari vilia. i. i feriora bona qdē celū nō his pdictis potius. imo multomin⁹ mirandū eſt quā ſua rōne. i. itelligētia qua regit̄. ſic ſimilit̄ in hoie mltomagis laudāda ſunt bōa rōnis quā bona corpis. Nota q bona corpis ſicut magnitudo fortitudo agilitas ſi mltū ſūt mirāda: q: dicit ſcti. Nō magnitudie ⁊ corpis velocitate magne res gerūtur ſȝ virtute. Vñ catho. Cōſilio pollet cui vim nā negauit. Itē ſcti. Excellētia igenii pōt latere ſub quacūq̄ pelle. Nota ſm Iſidoꝛ i li. ethimo. Elephātē greci a magnitudine corpis putāt dcīm. eo q formā mōtis pferat. apud indos vero dr̄ barro eo q vox eius barritus dr̄. dētes ci⁹ ebur. roſtrū eius pmoſcide dr̄. Nota ſm iſidoꝛ. Tigris ē beſtia variis coloꝛib⁹ diſtīcta. mirabilis velocitatis. ex eius nomie qdā fluui⁹ tigris appellat̄ q rapaciſſimus ē oium fluuioꝛ. Et ſciendū. q p beſtia dr̄ hec tigris i gtio tigris. vel dis. ſȝ p fluuio dr̄ tm̄ hic tigris. ⁊ in gtio hui⁹ tigris.

Forme vero nitor vt rapidus eſt vt velox: ⁊ vernalium floruȝ mutabilitate fugatior. Quod ſi vt ariſtoteles ait linceis oculis homines vterentur vt eorum viſus obſtantia penetraret: nonne introſpectis viſceribus illud Alcibiadis ſuperficie pulcherrimum corpus turpiſſimum videretur: Igitur te pulchrum videri non tua natura ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. Sed eſtimate q̄ vultis nimio corpori bona: dum ſciatis hoc quodcumq̄ miramini triduane febris igniculo poſſe diſſolui. Ex quibus omnibus illud etiaȝ in ſumma redigere licet q hec que nec pſtare que pollicentur bona poſſūt: Nec oium bonorum congregatione pfecta ſunt: ea nec ad beatitudinez quaſi quidā calles ferunt: nec beatos ipſa perficiunt.

Forme vero ni. Hic phia oſtēdit intētū de pulchritudie forme ſup. q ſit exile bonū. q: eſt trāſitoꝛia. ⁊ q: eſt tantuȝ ſupficialis. ⁊ dicit vero p ſȝ. nitoꝛ. i. pulchritudo forme vt i. q̄ rapidus eſt. vt. i. q̄. velox. i. velociter eſt tranſiens. q. d. latis eſt euidens. Unde ſi hoies vterētur linceis oculis vt ait ariſto. ita vt coꝛ viſus penetraret obſtantia. ſ. corpora. nonne illud corpus alcibiadis ſupficie pulcherrimum introſpectis viſceribus turpiſſimuȝ videret: q. d. ſic. Ex q̄ ɔcludit phia. Igit̄ te pulchrū videri. non reddit. ideſt facit tua natura. ſed infirmitas oculoꝛ ſpectantiūȝ. ⁊ ſubdit Sȝ eſtimate q̄ nimio vultis bona corpis dū ſciatis h qđ cumq̄ fuerit de bonis corporis poſſe diſſolui igniculo. i. caloꝛe febris triduane. febris. n. acuta ſm medicos q̄nq̄ tertia die perimit. Et tūc breuiter recolligit ſupradicta dicens. ex qbus oibus licet redigere in ſummaȝ. q hec. ſ. pdicta bona. nō poſſunt pſtare ea que pollicent̄. i. pmittunt nec pfecta ſunt cōgregatione oium bonoꝛ. nec ad beatitudinē ducunt quaſi quidaȝ calles. i. via nec ipſa perficiūt beatos. Notādū q pulchritudo corporis ſi ē durabilis. q: dicit virgili⁹. O formoſe puer nimiū ne crede colori. Alba liguſtra cadūt vacinia nigra legunt̄. Notādū q cōiter dr̄ q viſus linceus obſtantia corpora penetrat ſȝ illud nec ab ariſtotile nec ab aliquo autētico iueni. vnde Iſido. i li. ethimologiaꝛ loquēs de lince dicit. q lix dictus ē q: in lupoꝛ genet̄ numerat̄. beſtia maculis diſtincta tergo vt pardus ſed ſilis lupo cuius vrinaȝ puerti i duriciē precioſi lapidis dicūt q liguri⁹ appellat̄. Nihil aūt dicit Iſido. de penetratōe viſ⁹. Nota q alcibiades mulier fuit pulcherrima quā videtes quidā diſcipuli ariſt. dure-

f

runt eam ad ariſtotelē vt ipſam videret. qua viſa dixit. Si homines linceos oculos haberēt vt queq3 obſtātia penetrarēt introſpectis viſceribus corpus qđ appa re: pulcherrimū turpiſſimum videretur.

Metrum octauum libri tertii.

Eu heu que miſeros tramitte deuio·
Abducit ignorantia.
Non aurum in viridi querītis arbore
Nec vite gemmas carpitis
Non altis laqueos montibus abditis.
Ut piſce ditetis dapes.
Nec vobis capreas ſi libeat ſequi
Tyrrhena captatis vada.
Ipſos quinetiam fluctibus abditos.
Norunt receſſus equoris
Que gemmis niueis vnda feracior.
Uel que rubentis purpure
Necnon que tenero piſce: vel aſperis
Preſtent echinis littora.
Sed quonam lateat q̄ cupiunt bonum
Neſcire ceci ſuſtinent.
Et quod ſtelliferum tranſabijt polum.
Tellure demerſi petunt.

Metrum octauum tertii libri.

Eu h: q̄ miſeros tramite deuio. Iſtđ ē octauū metr̄ hui⁹ tertii cui⁹ prim⁹ v̾ſus đr metr̄ aſclepiadiacū ab inuētore. coriā bicū a pede pđñante. Secūdus v̾ſus đr metr̄ archiloicū ab iuētore: iābicū a pede cpđñante. In quo metro pħia ꝯplāgit errorē hoīuz q̄ in q̄rendo minima bona ſūt prudētes. ſ3 i q̄rēdo ſummū bonū abducūt ignorātia. Prio facit hoc. 2o p̄cat vt homines tediati falſis bonis redeāt ad ver̄ bonum. ſcđa ibi Quid dignū. Dicit ergo. Heu ē interiectio dolētis ⁊ ē diſſilabū propter metr̄. q̄ ignorantia abducit miſeros deuio tramite. i. trāſuerſa via ſup. a vero bono. vos hoīes nō q̄ritis aur̄ i viridi arbore. nec carpitis gēmas i vite vos ſi abditis. i. nō abſcoditis. laq̄os p captura piſciū in altis mōtib⁹. vt ditetis dapes piſce. ⁊ ſi vobis libeat ſeq capras nō captatis. i. nō acceditis vada tyrrhena. i. mare tyrrhenū qđ eſt in ytalia. qnetiā p certe, hoīes norūt. i. nouerūt ipſos receſſos abditos. i. abſcōditos fluctib⁹ equoris. ēt hoīes norūt q̄ vnda ſit feracior. i. abūdatior niueis gēmis idest margaritiſ. vl̾ q̄ vnda ſit feracior rubētis purpure. i. cōchilior̄ quor̄ ſanguie fit purpura. ⁊ hoīes norunt q̄ littora p̄ſtent. i. abundēt. tenero piſce. vl̾ aſpis echinis. i. talib⁹ piſcibus. ſ3 quonā. i. vbi lateat bonu3. ſ. btificu3. quod cupiunt neſcire ſuſtinēt ceci exiſtes. ⁊ illđ bonu3 qđ abiit trās polu3 ſtellifer̄. illđ hoīes ꝺmerſi cecitate ig̃rātie. petunt tellure. i. q̄runt i terra. Notādu3 ƀ3 Iſido. li. ethi. caprea ē agreſtis capra. q̄ q: acutiſſime videt greci eā miſdercuſcepō. i. dorcas appellauerāt Notādu3 ƀ3 iſidor̄ q̄ echinus ē piſcis p̄uus ſemipedalis q adherēdo v̾ retinere naue3. ⁊ eſt piſcis aſp̄rimus admodum ericii ad edendum ſatis ſuauis.

Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer:
Opes honores ambiant.
Et cum falſa graui mole parauerint.
Tum vera cognoſcant bona.

Quid. ⁊c. Hic p̄cat pħia vt poſt tediū falſor̄ bonor̄ hoīes redeāt ad ver̄ bonū. Et dicit. qđ dignū ego imprecer ſtolidis mēti⁹ hoīu3. q. d. nihil aliud niſi hoc q̄ hoīes ambiant ipſos honores ⁊ opes ⁊ cum pauerint. i. acq̄ſiert ſibi falſa bōa. graui mole. i. tedioſa ſollicitudie tādē tedio ducti cognoſcāt vera bona. Notandum q̄ iſta depcatō pħie nō eſt ex maliuolētia. ſ3 ex benignitate: ⁊ ſđ nō optat q̄ hoīes p̄maneāt in deſiderio bonor̄ tpaliū. ſed vt illđ deſideriū magis ſit eis mediū. pducēdi ad ver̄ bonū nec ipſa imprecat cupiditatē vel ambitionē honoris adeſſe ſ3 vt q̄bus adeſt per hoc ad verum bonum deducantur.

Proſa nona libri tertii.

Actenus mendacis formam felicitatis oſtendiſſe ſuffecerit quam ſi perſpicaciter intueris ordo eſt deinceps que ſit vera monſtrare b. Atq video inq̄: nec opibus ſufficientiam nec regnis potentiam: nec reuerentiā dignitatibus nec celebritatem glorie: nec leticia3 voluptatibus poſſe cōtingere. P. An etiam cauſas cur id ita ſit deprehendiſti. b. Tenui quidem veluti rimula mihi videor intueri: ſed ex te cognoſcere apertius malim. P. Atq promtiſſima ratio eſt.

Proſa nona tertii libri.

¶ Sed cur tanto flagrat amore. Hic philoſophia obiicit contra ſolutionem. Si enim anima ignorat iſtas ſubtiles cõiunctiones: vnde eſt ꝙ deſiderat eas ſcire: cuꝫ nihil ignotum poſſit deſiderari. vnde dicit. Sed cur anima flagrat. ideſt ardet. tanto amore. ideſt deſiderio. reperire notas tectas. ideſt notificationes latentes. veri. ideſt veritatis. Scit ne mens illud quod ipſa anxia. ideſt ſollicita appetit noſſe quaſi dicat non. quia nullus appetit ſcire illud quod ſcit. ⁊ hoc eſt quod dicit. Quis laborat ſcire nota quaſi dicat nullus: oportet igitur diſſentire ꝙ neſciat. ⁊ tunc ſequitur aliud inconueniens ſcilicet ꝙ anima deſideret illud quod neſcit. vnde dicit. Si neſcit illud quod petit: quid petit ideſt deſiderat. mens ceca. ideſt ignorans. Quis enim neſcius optet quicꝗ. Quid enim valeat. ideſt poſſit ſequi neſcita. aut quis neſciꝰ poſcit noſcere quod inueniat ſup. illud quod querit ⁊ quis ignarus ideſt neſcius queat. ideſt poſſit noſcere formam repertaꝫ quaſi dicat nullus. ¶ Notandum ꝙ dictum eſt in reſpõſione ꝙ anima ignorat compaſſibilitatem prouidentie ⁊ liberi arbitrii. ſed deſiderat eam ſcire. Contra hoc arguitur ſic. Nullus appetit ſcire quod ſcit. Si anima deſiderat ſcire aliqd vel ignorat illud vel ſcit. Si ſcit. ergo non deſiderat ipſuꝫ ſcire. qꝛ nullus appetit ſcire quod ſcit: cum omnis appetitus ſit ratione carentie. Si autem ignorat illud quod deſiderat. quomodo ignotum deſideratur cum voluntas nõ querat ignotum ideo ſi ignorat nunquam cognoſcet. qs enim ignotum inueniet. Si enim paterfamilias quereret ſeruum fugitiuum quem ignoraret poſſet ſibi multotiẽs occurrere ꝙ ipſum non inueniret ſicut dicit lincolnienſis ſuper primo poſteriorum.

An cum mentem cerneret altam:
Pariter ſummam ⁊ ſingula norat:
Nunc membrorum condita nube.
Non in totum eſt oblita ſui.
Summamque tenet ſingula perdens.
Igitur quiſquis vera requirit.
Neutro eſt habitu. nam neque nouit.
Nec penitus tamen omnia neſcit.
Sed quam retinens meminit ſummam
Conſulit: alte viſa retractans.
Vt ſeruatis queat oblitas addere partes

¶ An cum mentem cerneret altam. Hic ſoluit obiectionẽ. Vbi notandū ꝙ plato poſuit animas eſſe in celo creatas ⁊ habere cognitionem omnino perfectam. ſed perlapſum ad corpora eam obliuiſci cognitionem rerum in particulari ⁊ retineri eam in vniuerſali. ⁊ poſtea per exercitiū recuperare cognitionem reruꝫ particulariū. vnde dicit ſic An eſt nota ſolutionis cum anima cerneret. ideſt ſpecularetur. altam mentem. ideſt profundam mentem dei. ipſa pariter. ideſt ſimul norat. ideſt nouerat ſummaꝫ. ideſt vniuerſalẽ cognitionẽ. ⁊ ſingula. ideſt ſingularem cognitionẽ rerū. ſed nūc ipſa condita. ideſt tecta nube membroruꝫ. nõ eſt oblita ſui in totū. ideſt totaliter. ſed ipſa tenet ſummaꝫ. ideſt cognitionem vniuerſalem rerum. perdens ſingula. ideſt ſingularem cognitionem. igiẽ quiſquis requirit. ideſt inueſtigat cognoſcere vera. talis eſt neutro habitū ſup. vt perfecte cognoſcat vel ꝙ omnino ignoret. vnde dicit. Nam neqꝫ nouit ſcilicet in ſpeciali ⁊ perfecte illud quod querit. nec penitus neſcit omnia. ſed ipſe meminit. ideſt in memoria habet. ſummā. id eſt vniuerſalem cognitionem. quam retinens conſulit ſupple actuali conſideratione retractans. ideſt r. uocans per ſtudiū. alte. ideſt ſubtiliter. viſa. ideſt prius in ſpeciali cognita. vt ipſa queat addere oblitas partes partibus ſeruatis ſupple i memoria. ¶ Notādum ꝙ ſecundum iſtā viā platonis ſolueretur ratio prius tacta vel anima ſcit quod deſiderat. vel neſcit. Dico ꝙ neſcit in ſpeciali ⁊ in propria forma. ſed ſcit in vniuerſali. Et cū dicit nullus deſiderat notū verū eſt ſicut notū i vniuerſali. tamẽ deſiderat ipſuꝫ vt ignotū in ſpeciali Et cum dicitur ſi ignorat nūquam inueniet; verum eſt ſi ignorat tam in generali ꝙ̃ in ſpeciali. ⁊ ſi ignorat in potentia ⁊ in actu ſi tamẽ ſcit in potentia ⁊ in vniuerſali: ⁊ ignorat actu ⁊ in propria forma. poteſt ipſum inuenire ⁊ addiſcere.

## ¶ Proſa quarta libri quinti.

Tum illa vetus inquit hec eſt de prouidentia querela a Marco Tullio cum diuinationem diſtribuit vehementer agitata. tibique ipſi res diu proſus multumque queſita: ſed haud quaquam ab vllo veſtrum hactenus ſatis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis cauſa eſt ꝙ humane ratiocinatiõis motus ad diuine preſcientie ſimplicitatem nõ poteſt admoneri. que ſi vllo modo cogitari queat. nihil proſus relinquetur ambigui. quod ita demuꝫ patefacere atque expedire temptabo ſi prius ea quibus moueris expendero.

¶ Proſa quarta quinti libri.

Tum illa vetus inquit. Hec eſt quarta proſa huius quinti. in qua philoſophia incipit diſſoluere queſtionem de paſſibilitate prouidentie ⁊ liberi arbitrii. Et primo tangit difficultatem huius queſtionis ⁊ cauſam difficultatis. ⁊ tangit modum procedendi circa eius ſolutionem. ſecundo diſſoluit eam ibi. Quero enim. Primo dicit. Hec querella. ideſt queſtio hec de prouidentia eſt vetus ⁊ eſt vehementer agitata. ideſt pertractata a Marco tullio. cum diſtribuit. ideſt diuidit. diuinationem. ideſt in libro diuinationum. vbi diuidit diuinationẽ in ſuas ſpecies. non ſoluꝫ hoc ſed tibi ipſi eſt res multum diu queſita. Sed haud quaꝗ. ideſt non alicubi ab vllo veſtrum ſatis diligenter ⁊ firmiter expedita. cuius caliginis. ideſt difficultatis: cauſa eſt ꝙ motus. ideſt actꝰ humane rationis. nõ poteſt admoueri. ideſt applicari ad ſimplicitatẽ diuine prouidentie. que ſi vllo modo excogitari queat nihil reliquetur proſus ambigui. qꝺ ſcilicet rationẽ ⁊ cām difficultatis. ita demum patefacere ⁊ expedire temptabo ſi prius expendero. ideſt ſi prius declarauero ea quibus tu moueris. ¶ Notandum ꝙ queſtio de prouidentia diuina ⁊ libero arbitrio eſt omniuꝫ queſtionum difficillima. de qua multi antiquorum dubitabant. ⁊ nõ nulli modernorum propter eius difficultatem lapſi ſunt. qꝛ tullius in libro diuinationum pertractans non valuit diſſoluere eius difficultatẽ. negans penitus prouidentiaꝫ ⁊ preſcientiā futurorū a deo in pdicto libro diuinationū.

¶ Quero enim cur illam ſoluentium rationem minus efficacem putes. que quia preſcientiaꝫ nõ eſſe futuris rebus cauſam neceſſitatis exiſtimat nihil impediri preſcientia arbitrii libertatem putat. num enim tu aliunde argumentum futurorū neceſſitatis trahis niſi ꝙ ea que preſciuntur non

euenire non poſſunt. Si igitur prenotio nullam futuris rebus adiicit neceſſitatem quod tu etiam pauloante fatebare. quid eſt ꝙ voluntarii exitus rerum ad certum cogantur euentũ. Etenim poſitionis gratia vt quid conſequatur aduertas. ſtatuamus nullam eſſe preſcientiam. nũ igitur. quã tum ad hoc attinet: que ex arbitrio eueniunt ad neceſſitatem coguntur. B. Minime. P. Statuamus iterum eſſe: ſed nihil rebꝰ neceſſitatis iniungere. manebit vt opinor eadem voluntatis integra atque abſoluta libertas.

¶ Quero enim cur illam ſoluentiuꝫ rõnem minus efficacem putes. ⁊c. Hic philoſophia accedit ad ſolutionẽ queſtionis. primo diſcutit motiua boetii. ſecundo ſoluit dubitationẽ ſiue queſtionẽ ibi. Quoniã igitur. Circa primum ſciendũ. ꝙ duo fuerunt motiua boetii principalia. circa hanc queſtionẽ. Primũ quia videt̃ neceſſariũ ſi deus ꝓuidet futura ꝙ neceſſario eueniant. Secundũ motiuũ. ꝙ futura quorũ euentus eſt incertus ſicut ſunt futura cõtingẽtia nõ poſſunt a deo certa ꝓuideri. Primo ergo ꝑtractat primũ motiuuꝫ. ſecundo ſecundũ ibi. Sed hoc inquis. primo oſtendit ꝙ ſi deus prouidet futura non propter h̃ neceſſario eueniunt. ſecũdo mouet dubitationeꝫ ibi. Sed q̃ fieri poteſt. Primo oſtendit ꝙ ex p̃ſcientia dei non infert̃ neceſſitas libero arbitrio. Secũdo oñdit ꝙ preſciẽtia dei non ſit ſignum neceſſitatis futurorũ ibi. Sꝫ preſciẽtia. circa primuꝫ ſciendũ ꝙ prius improbauit quandaꝫ reſpõſionem. qua quidã nitebant̃ ĩpedire rationẽ oſtendente non eſſe liberꝝ arbitriũ propter preſcientiã diuinaꝫ. quaꝫ reſpõſionẽ hic reſumit oſtendens eã aliquo modo eẽ bonã. qꝛ ſufficienter impedit intentionẽ aduerſarii. Nã aduerſarius ex nullo alio ꝓbat neceſſitatẽ futuroꝝ. niſi qꝛ ſunt preſcita a deo cum igitur ex reſponſione habeat ꝙ preſciẽtia nullã cauſalitatẽ hꝫ ſuper futura. videt̃ ſufficienter oſtenſum eſſe ꝙ ea que procedũt ex libero arbitrio nõ ſũt neceſſaria. Primo ergo ponit iſtaꝫ r̃ſionẽ reſumendo eius ſolutionẽ dicens. Quero enim cur iſtam rõnem ſoluẽtiũ putes minus eſſe efficacem. que putat libertatẽ arbitrii non impediri a preſcientia. qꝛ exiſtimat preſcientiã nõ eſſe cauſam neceſſitatis futuroruꝫ. Qđ autẽ per iſtã reſponſioneꝫ impediatur illatio neceſſitatis futurorũ patet ex hoc qꝛ tu nõ trahis aliunde argumẽtum neceſſitatis futuroꝝ niſi ꝙ ea que preſciuntur nõ euenire. Si igit̃ ꝑnotio. ideſt preſcientia futurorũ. nulla adiicit. i. imponit neceſſitatem rebꝰ futuris. vt dicit reſponſio. ⁊ tu etiaꝫ fatebare pauloante. quid eſt id quid eſſe poterit. ꝙ voluntarii exitus cogantur ad certũ euentũ. ⁊ ita per iſtã reſponſionẽ excluditur neceſſitas futurorũ ⁊ manifeſtat ſe in exemplo dicẽs. Ut aduertas q̃d conſequatur gratia poſitiõis. ideſt exempli. ſtatuamus. ideſt ponamus per impoſſibile nullam eſſe preſcientiã futurorum. igit̃ hoc poſito quantũ ad hoc. i. quantuꝫ ad iſtã illationẽ. qua ex preſcientia concluditur neceſſitas futurorũ. ea que eueniũt ex arbitrio cogunt̃ ne ad neceſſitateꝫ. dicit boetius. Minime. ⁊ philoſophia. ſtatuamus iterum eſſe prouidentiam: ſed nihil neceſſitatis iniungere rebus futuris mãebit vt reor eađ lĩbtas volũtatis integra ⁊ abſoluta ab oĩ nec̃citate. ¶ No. ꝙ ꝓr abſolꝰ fuit bõa ⁊ mala. in hoc fuit bona. quia poſuit preſcientiã nõ eẽ cãꝫ neceſſitatis futuroꝝ. Dixit. n. Ideo futura eueniũt nõ qꝛ deus ea preuidet. Sed in hoc fuit mala. qꝛ poſuit futura eſſe cãꝫ preſcientie dei. Dixit. n. qꝛ futura ſunt ideo deꝰ ea preuidet. pꝫ ergo ex reſponſione antiquorũ ꝙ preſcientia nõ ẽ cã neceſſitatis rebus futuris.

¶ Sed preſcientia inquies tametſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt. ſignum tamen eſt neceſſario ea eſſe ventura: hoc igitur modo etiam ſi precognitio non fuiſſet. neceſſarios futurorum exitus eſſe conſtaret. Omne etenim ſignum tantum q̃d ſit oſtendit. non vero efficit quod deſignat. quare demonſtrandum prius eſt non nihil ex neceſſitate contingere. vt prenotionem ſignum eſſe huius neceſſitatis appareat. Alioquin ſi hec nulla ẽ nec illa quideꝫ eius rei ſignũ poterit eſſe que nõ ẽ.

¶ Sed preſcientia inquies tametſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt. ⁊c. Hic oſtendit philoſophia ꝙ preſcientia diuina non ſit ſignum neceſſitatis rebus futuris. Secundo oſtendit ꝙ modus probandi ex ſigno non eſt efficax. ibi Jam vero. Primo dicit. Tu inquies. ideſt dicere poteris. ⁊ ſi pro quamuis. preſcientia non eſt neceſſitas eueniendi rebus futuris. tamen eſt ſignum ea neceſſario eſſe ventura. ⁊ ita ex preſcientia poteſt inferri neceſſitas futurorum tanquam ex ſigno. Hoc igitur modo ponendo preſcientiam eſſe ſignum neceſſitatis futurorum. cõſtaret exitus. ideſt euentus futurorum eſſe neceſſarios. etiã ſi nõ fuiſſet precognitio. quod probat ex natura ſigni dicens. Omne namque ſignum tantum oſtendit. quid ſit. ideſt manifeſtat illud cuius eſt ſignum. ſꝫ nõ efficit quod deſignat quare vt prenotionem. ideſt prouidentiam appareat eſſe ſignum neceſſitatis futurorum demonſtrandum erat priꝰ nihil contingere non ex neceſſitate. ideſt omnia euenire neceſſario. alioquin ſi hec neceſſitas futuroruꝫ nulla eſt nec illa preſcientia poterit eſſe ſignum eius rei que non eſt. ⁊ ita non valet hic arguere neceſſitatem futurorum ex preſcientia tanquam ex ſigno. ¶ Notandum ꝙ ſignum non ẽ cã eius cuiꝰ ẽ ſignum. ſed tantum manifeſtat ſignatum eſſe. vt circulus non eſt cauſa venditionis vini: ſed tantum ẽ ſignum venditionis. ſi ergo preſcientia eſſet ſignum neceſſitatis futurorum preſupponeret futura eſſe neceſſaria. ⁊ ſic ad oſtendendum preſcientiam eſſe ſignum neceſſitatis futurorum oportet prius oſtendere futura neceſſario eſſe futura: antequam preſcientia eſſet ſignum neceſſitatis futurorum alias preſcientia eſſet ſignum alicuius rei que nõ eſt. quod eſt abſurdum.

¶ Jam vero probationem firmat ratione ſubnixam conſtat non ex ſignis neque petitis extrinſecis argumentis. ſed conuenientibus neceſſariiſque cauſis eſſe ducendam.

¶ Jam vero probationem firma ratione ſubnixam conſtat non ex ſi. ⁊c. Hic oſtendit modum probandi ex ſigno non eſſe efficacem. ⁊ dicit. Cõſtat. ideſt manifeſtũ eſt rationẽ ſubnixam. ideſt firmatã demonſtratione. eam non eſſe ducendam ex ſignis neque ex argumentis extrinſecus petitis. ideſt acceptis. ſed firma ratio ducenda eſt ex conuenientibus. ideſt ex propriis ⁊ neceſſariis cauſis. Cum ergo predicta ratio proceſſerit ex ſigno non eſt efficax ⁊ demõſtratiua. cum ſit a poſteriori. demonſtratio autem que eſt potiſſima probationum ipſa eſt a priori cum ſit ex cauſis per ſe immediatis prioribus ⁊ notioribus. ⁊ pro tanto etiam demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire efficax ad ꝓbandum ex primo poſteriorum.

¶ Sed qui fieri poteſt vt ea non proueniant que futura eſſe prouidentur. Quaſi vero nos ea que prouidentia futura eſſe prenoſcit nõ euentura credamus. Ac non illud potius arbitremur licet eueniant: nihil tamen vt euenirent ſui natura neceſſitatis habuiſſe: ꝙ hinc facile perpendas licebit. Plura enim dum fiunt ſubiecta oculis intuemur vt ea que in quadrigis moderandis atque flecten

dis facere ſpectantur aurige: atque ad hunc modum ⁊ cetera. Num igitur quicq̃ȝ illorum ita fieri neceſſitas vlla compellitur. B. Minime. P. Fruſtra enim eſſet artis effectus: ſi omnia coacta mouerentur. Que igitur cum fiunt carent exiſtendi neceſſitate. eadem priuſquam fiant ſine neceſſitate futura ſunt. Que ſunt quedam euentura quorum exitus ab omni neceſſitate abſolutus ſit. Nā illud quideȝ nullum arbitror eſſe dicturum. ꝙ q̄ nunc fiunt priuſquam fierent euentura non fuerint. Hec etiam igitur precognita liberos habent euentus. nam ſicut ſcientia preſentium rerum nihil his que fiunt, ita preſcientia futurorum nihil his que ventura ſunt neceſſitatis importat.

¶ Sed qui fieri poteſt vt ea non proueniant que futura eſſe prouidentur. ⁊c. Hic philoſophia mouet quandam dubitationem ⁊ ſoluit eam. videtur enim ex dictis ſequi. ꝙ aliqua poſſunt preſciri que tamen nō neceſſario eueniunt. ſi autem non neceſſario eueniunt. poſſunt non euenire ⁊ ſic ſequitur ꝙ aliquod preſcitum a deo non eueniat. Primo ergo philoſophia dubitando de hoc querit dicens. Ex quo ita eſt ꝙ ea que ſunt preſcita non ſunt neceſſaria. ſed poſſunt non euenire. qui. ideſt quō fieri poteſt. vt ea que prouidentur futura eſſe non proueniant. Tunc ſoluit dubitationē dicēs ꝙ nō negat ꝙ p̄ſcita nō eueniāt imo oȝ dr̄e ꝙ p̄ſcita eueniāt. ſȝ tamen non eueniunt de neceſſitate. vnde dicit quaſi vero. quaſi diceret. Iſta dubitatio procedit quaſi non credamus ea que prouidentia prenoſcit non eſſe euentura. ſed hoc non eſt verum. ſed potius arbitremur illud. ſ. ꝙ licet futura eueniant nihil tam̄ neceſſitatis habuiſſe in ſui natura vt euenirent ⁊ manifeſtat in exemplo quō aliquid certe comprehēditur quod tamen nō eſt neceſſariū dicens ꝙ aliquid cognitum eueniat ⁊ tamen nō neceſſario licebit ꝙ tu hoc perpendas hic ideſt ex tali exēplo. intuemur enim plura exempla oculis dum fiunt. ideſt dum ſunt in fieri ſicut ea que ſpectantur ideſt videntur aurige facere in moderandis ⁊ flectēdis q̈drigis ⁊c. Videmus ad hunc modum vt que fiunt in aliis actibus voluntariis. nunquid vlla neceſſitas cōpellit aliquod illorum ita fieri ſicut oculis videtur. dicit boetius. Minimē. ⁊ aſſignat rationē. Fruſtra enim eſſet effectus artis ſi omnia mouerentur coacta. ⁊ fruſtra eſſet ars flectendi quadrigam ſi neceſſario flecteretur. igitur illa que cuȝ fiunt carent neceſſitate exiſtendi: eadeȝ ſunt futura ſine neceſſitate priuſq̄ȝ fiant. Ex quo concludit ꝙ quedam ſunt euentura quorum exitus ideſt euentus ſit abſolut⁹ ab oi neceſſitate. Et forſan aliquis diceret ea que nunc fiunt nō erāt futura anteq̄ȝ eſſent. hoc excludit dicens. Nullū arbitror eſſe dicturū ꝙ que nunc fiunt euentura non fuerūt hoc enim eſſet nimis irrationabile. ideo neceſſario cōcluditur ꝙ hec etiam precognita habent euentus liberos qꝛ ſicut ſcientia preſentium nihil importat neceſſitatis his q̄ fiunt in preſenti. ſicut patet in exēplo predicto de regimine quadrige. Ita preſcientia futurorum nihil importat neceſſitatis his que ventura ſunt. ¶ Notandum ꝙ futura in comparatione ad diuinam prouidentiam. ſūt neceſſaria neceſſitate conditionata non tamē omnia ſunt neceſſaria neceſſitate abſoluta. Multa enim habere eueniunt ſicut ea que fiunt ab arte ⁊ a voluntate. vt regimen quadrigarum. Si regimē quadrigarum neceſſario eueniret. fruſtra eſſet ars regendi quadrigam. ¶ Notandum ꝙ ſicut res actu fiunt. ita erunt future. ſed quedam actu libere fiunt ergo erant libere future. ⁊ per conſequens non omnia ſūt neceſſario futura. licet neceſſitate conditionata inquantū comparantur ad prouidentiam diuinam nō tamen in ſui natura cōſiderata neceſſario eueniunt neceſſitate abſoluta. ſicut poſtea videbitur vbi diſtinguet duplicē neceſſitatem. conditionatam ⁊ abſolutam.

¶ Sed hoc inquis ipſuȝ dubitatur: an earum rerum que neceſſarios exitus non habent vlla poſſit eſſe prenotio. diſſonare etenim videntur putas qȝ ſi preuideantur conſequi neceſſitatem ſi neceſſitas deſit minime preſciri. nihilqȝ preſcientia cōprehendi poſſe niſi certum. Quod ſi que incerti ſunt exitus ea quaſi certa prouidentur: opinionis adeſſe caliginem. non ſcientie veritatem. Aliter enim ac ſe ſe res habeat arbitrari ab integritate ſcientie credis eſſe diuerſum.

¶ Sed hoc inquis. Hic philoſophia diſcutit motiuum Boetii vtrum futura incerta ſicut ſunt contingentia poſſunt certe preſciri. ⁊ primo mouet dubitationem de hoc. ⁊ tangit rationem dubitationis. ſecundo aſſignat cauſaȝ erroris ibi. Cuius erroris cauſa eſt. dicit primo. Sed tu inquis o boeti hoc ipſum dubitatur. an poſſit eſſe vlla prenotio. ideſt preſcientia illarum rerum que non habent neceſſarios exitus. ideſt euentus hoc enim nullo modo videtur poſſibile. Cum enim videntur hec diſſonare. ſ. preſciētia ⁊ cōtingētia. Tu. n. putas ſi p̄uideant̄ cōtingentia neceſſitatē ipſā cōſequi. ⁊ ſi neceſſitas deſit minime ea preſciri. ⁊ putas nil poſſe cōprehendi preſcientia diuina niſi certū. Et ſi ea que ſunt incerti exitus. i. euētus ſicut contingētia. ſi preuident̄ illa quaſi certa. tu putas illud eē caliginē opiniōis nō veritatē ſciētie. ⁊ in hoc tu deciperis. cui⁹ deceptiōis cā eſt error tuus circa iudiciuȝ cognitiōis. Credis diuerſum eſſe ab integritate ſcīe aliter arbitrari rem q̄ȝ ſe ſe habeat. ⁊ in hoc erras. ¶ Notandum ꝙ qꝛ nos non poſſumus futura contingētia certe precognoſcere: putamus ſimiliter deū hoc nō poſſe. res enim eodeȝ mō ſe habens diuerſimode a diuerſis poteſt cognoſci. vnde cognoſcere rē aliter q̄ȝ ſe hȝ ex parte rei cognite nō eſt ſcientia ſed cognoſcere rem aliter q̄ȝ ſe habeat ex parte cognoſcentis bū eſt ſcientia: ⁊ ſic futura contingentia lȝ i ſe ſint incerta. poſſunt tamen preſciri a deo ſine errore falſitatis.

¶ Cuius erroris cauſa eſt: ꝙ omnia que quiſque nouit ex ipſorum tantum vi atqȝ natura cognoſci eſtimat que ſciuntur: qđ totum contra eſt. Omne enim quod cognoſcitur: non ſecundum ſui viȝ ſed ſecundum cognoſcentium potius comprehenditur facultatem.

¶ Cuius erroris cauſa eſt. Hic aſſignat cauſam erroris. Vbi notandum ꝙ cauſa erroris quare putamus futura incerta nō poſſe certe preſciri. qꝛ putatur ꝙ facultas cognitionis ſit ſm̄ facultatem rei cognite. ⁊ non ipſius cognoſcētis. quod eſt falſum. Primo ergo premittit hmōi cauſaȝ erroris. Scđo improbat ipſam ibi. Nam vt hoc breui. dicit pͥmo. Cuius erroris cauſa eſt. quia exiſtimat̄ ꝙ omnia que quiſq̄ȝ nouit illa cognoſci tm̄ ex vi ⁊ natura ipſorū q̄ ſciuntur ⁊ non ex vi cognoſcentis. quod totum eſt contra. ideſt per contrarium. quia res magis cognoſcuntur ſȝ naturam cognoſcentis. Omne enim quod cognoſcit̄ non cōprehenditur ſm̄ ſui vim. i. ſm̄ moduȝ ſue nature. ſed potius ſm̄ facultatē cognoſcentis. ¶ Notandū ꝙ ſi cognitio eſſet ſecundum facultatē rei cognite. tunc res ab oībus eodē modo cognoſceretur. ⁊ ſic aliqđ ꝯprehenderetur eodē modo ab intellectu humano ⁊ diuino. quod falſum eſt qꝛ que ſunt incerta comprehenſione humana. ſunt certa comprehenſione diuina. cognitio ergo potius attenditur ſȝ facultatem potentie cognoſcentis. ita ꝙ quāto potentia eſt efficacior ⁊ certior tāto certius ⁊ limpidius rē ꝯprehēdit.

¶ Nam vt hoc breui liqueat exemplo eandez corporis rotunditatem aliter viſus aliter tact⁹ agnoſcit. Ille eminus manens. totum ſimul in iactis radiis intueatur. hic vero coherens orbi atque cõiunctus. circa ipſum motus ambitum rotunditatem partibus comprehendit.

¶ Nam vt hoc breui exemplo liqueat. Hic probat ꝙ facultas cognitionis eſt ſecundum facultatem potentie cognoſcentis ⁊ non rei cognite. Primo declarat hoc exemplis. Secundo probat hoc idem per rationem. ibi. Neqꝫ id iniuria. Prima in duas ſecundum duo exempla. Secundum ibi. Ipſum quoque. Primo dicit ꝙ cognitio ſit ſecundum facultatem cognoſcẽtis liqueat breui exemplo. Nam viſus aliter agnoſcit eandem corporis rotunditatez ⁊ aliter tactus. Ille enim viſus manens eminus. ideſt a lõginquo. intuetur totum corpus ſimul iactis radiis viſualibus. hic vero ſupple tactus coherens ⁊ coiunctus orbi. ideſt rotunditati ⁊ motus circa ipſum ambitum. ideſt circa corpus rotundum. comprehendit. ſcilicet eius rotunditatem partibus. ideſt per partes. Notandum ꝙ innuit duplicem differentiam inter modum cognoſcendi viſus ⁊ tactus. Prima eſt ꝙ viſus a remotis exiſtens cognoſcit aliquod corpus rotundum. Tactus autem nõ cognoſcit ipſum niſi coniunctus. Secunda differentia eſt ꝙ viſus totum corpus ſimul comprehendit. tactus autem per partes. Talis autem diuerſitas in cognoſcendo nõ eſſet ſi res cognoſceretur ex ſui natura. cum eadem res manet in vtraque cognitione. ¶ Notandum qudam dixerunt viſionez fieri per emiſſionem radiorum viſualium ab oculis vſqꝫ ad rem viſam. Sed hec opinio eſt contra Ariſtotelem. viſio enim non fit extra mittendo ſed intus ſuſcipiendo. paciente enim aliquo ſenſitiuo fit ipſum videre. 2. de anima. Hic autem loquitur opinione antiquorum: cum dicit ꝙ viſus intuetur totum corpus iactis radiis.

¶ Ipſum quoque hominem aliter ſenſus. aliter imaginatio. aliter ratio. aliter intelligẽtia cõtuẽatur. Senſus enim figuram in ſubiecta materia conſtitutam. Imaginatio vero ſolam ſine materia iudicat figuram. Ratio vero hanc quoque trãſcendit: ſpeciẽque ipſam que ſingularibus ineſt vniuerſali conſideratione perpendit. Intelligentie vero celſior oculis exiſtit: ſupergreſſa namque vniuerſitatis ambitum. ipſam illam ſimplicem formam pura mentis acie contuetur.

¶ Ipſum quoque hominem. Hic ponit ſecundum exemplum in virtutibus cognoſcitiuis ſubordinatis. Secundo oſtendit quomodo iſte virtutes ſe habeant ad inuicez ibi. In quo illud. Primo ergo declarat quomodo idem a diuerſis potentiis diuerſimode comprehenditur dicẽs. Senſus exterior aliter contuetur ipſum hominem: aliter ratio. aliter intelligentia diuina. Senſus enim exterior ſicut viſus iudicat figuram hominis in ſubiecta materia. id eſt in ſenſibili materia. ſed imaginatio ſolam figuram iudicat. id eſt diſcernit ſine materia. ideſt in abſentia rei materialis. Ratio vero hanc imaginationem tranſcendit. ⁊ ipſam ſpeciem. id eſt naturam ſpecificam hominis que ſingularibus ineſt. perpendit. ideſt diſcernit vniuerſali cõſideratione. oculus vero. ideſt conſideratio intelligentie ẽ celſior. quia intelligentia diuina ſupergreſſa ambitũ vniuerſitatis qui exiſtit in ſingularibus. illam ſimplicem formam. ſcilicet ydeam hominis que eſt in mente diuina. cõtuetur pura acie: ideſt ſpeculatione mentis. ¶ Notandũ ꝙ primum exemplum fuit de virtutibus cognoſcitiuis nõ ſubordinatis ſicut de viſu ⁊ tactu. Illud autem exẽplũ eſt de virtutibus ſubordinatis que ſunt quattuor. ſcilicet ſenſus exterior qui ineſt omnib⁹ animalibus. imaginatio que tãtum ineſt animalibus perfectis. ratio que tantũ eſt in hominibus. ⁊ intelligentia per quam intelligit diuinam cognitionem. Iſte virtutes habent diuerſum modum cognoſcendi eandem rem. ſcilicet hominem. vt declaratur in littera quod non eſſet niſi cognitio fieret ſecundũ facultatem virtutum cognoſcentium ⁊ non rei cognite.

¶ In quo illud maxime conſiderandum eſt. naz ſuperior vis comprehendendi amplectitur inferiorem. Inferior vero ad ſuperiorem nullo modo conſurgit. neque enim ſenſus aliquid extra materia valet: vel vniuerſales ſpecies imaginatio contuetur. vel ratio capit ſimplicem formam. ſed intelligentia quaſi deſuper ſpectans concepta forma que ſubſunt cuncta diiudicat. Sed eo modo quo formam ipſam que nulli alii nota eſſe poterat comprehendit. nam ⁊ rationis vniuerſum. ⁊ imaginationis figuraz ⁊ materiale ſenſibile cognoſcit. nec ratione vtens: nec imaginatione. nec ſenſib⁹ ſed illo vno ictu mentis formaliter. vt ita dicam cuncta proſpiciens.

¶ In quo illud maxime. Hic oſtendit philoſophia quomodo predicte virtutes cognoſcitiue ſe habent adinuicez oſtendens quicquid poteſt virtus inferior poteſt etiam ⁊ ſuperior ⁊ amplius. ⁊ primo hoc oſtendit de intelligentia reſpectu aliarum virtutum. Secundo oſtendit idem de ratione. ſecunda ibi. Ratio quoque. Primo dicit. In quo ideſt in ordine iſtarum virtutum. illud eſt maxime. cõſiderandum ꝙ vis comprehendendi ſuperior amplectitur in ſe inferiorem. quia virtus ſuperior ꝯgnoſcit omne illud qđ inferior. Inferior autem non conſurgit ad ſuperiorem. ita vt apprehendat illud quod ſuperior. quod manifeſtat in exemplo dicens. Neque enim ſenſus aliquid valet apprehendere extra materiam ⁊ imaginatio contuetur ſpecies vniuerſales. ideſt minus particulares. ſed ratio capit ſimplicem. ideſt vniuerſalem formam: intelligentia autem diuina quaſi deſuper ſpectans. cuꝫ ſit in ſupremo gradu cognitionis ipſa concepta forma ydeali diiudicat etiam cũcta que ſubſunt illi forme vt cognoſcendo ydeam hominis cognoſcit omnia que ſunt in homine. ſed eodem modo comprehendit ipſam formam que nulli inferiori virtuti ineſſe poterit. nam ipſa cognoſcit vniuerſum. ideſt vniuerſalem formam rationis ⁊ figuram imaginatiõis ⁊ materiale ſenſibile. quod ſpectat ad ſenſum exteriorem non vtens ratione. nec imaginatione: nec ſenſibus: ſed proſpiciens cuncta vno ictu mentis. ideſt abſque decurſu cognoſcit. quod non facit ratio. ¶ Notandum ꝙ quia virtus ſuperior virtutem includit inferiorem ſicut tetragonuꝫ includit tragonũ. vt pꝫ. 2. de anima. ideo quicquid poteſt virtus inferior poteſt ⁊ ſuperior ⁊ magis. quia modo magis vniuerſali comprehendit quod inferior modo magis particulari. licet non econuerſo. ideo que poteſt intelligentia humana comprehendere poteſt ⁊ diuina intelligentia. licet non econuerſo.

¶ Ratio quoque cum quid vniuerſale reſpicit. nec imaginatione nec ſenſibus vtens. imaginabilia vel ſenſibilia comprehendit. Hec eſt enim que conceptionis ſue vniuerſale ita definit: homo eſt animal bipes rationale: que cum vniuerſalis notio ſit. tum imaginabilem ſenſibilemque eſſe reꝫ nullus ignorat ꝙ illa nõ imaginatione vel ſenſu. ſed rõnali conceptiõe cõſiderat. Imagina

tio quoqȝ tametſi ex ſenſibus viſendi formandiqȝ figuras ſumpſit exordium: ſenſu tamen abſente ſenſibilia queqȝ colluſtrat: non ſenſibili ſed imaginaria ratiõe iudicãdi. Uides ne igitur vt in cognoſcendo cuncta ſua potius facultate quam eorum que cognoſcuntur vtantur.

¶ Ratio quoque cum quid vniuerſale reſpicit. Hic oſtẽdit idem de ratione. ꝙ ſicut intelligentia comprehẽdit alias tres virtutes inferiores: ſic ratio etiam comprehendit ſub ſe alias duas vtutes. ſcilicet imaginationem. ⁊ ſenſum dicens. ꝙ cum ratio reſpicit. ideſt cognoſcit. quid ſit vniuerſale: non vtens imaginatione nec ſenſibus. ⁊ comprehendit imaginabilia ⁊ ſenſibilia vniuerſali comprehenſione. hec enim eſt ratio. que ita deſinit vniuerſale ſue conceptionis. homo eſt animal bipes rationale: que diffinitio cum ſit vniuerſalis notio. ideſt notificatio. tunc nullus etiam ignorat rem eſſe imaginabilem ⁊ ſenſibilem: que hac diffinitione explicatur. Illa ratio conſiderat vniuerſale non vtens imaginatione vel ſenſu. ſed rationali conceptione. Tunc oſtendit ꝙ ſicut oratio comprehendit imaginationem ⁊ ſenſum. ſic imaginatio ſenſum comprehendit. dicẽs imaginationem quoque tametſi pro quamuis. ſumpſit exordium ex ſenſibus diſcendi ⁊ formandi figuras: tamẽ abſente ſenſu exteriori. ideſt imaginatio colluſtrat. ideſt cognoſcit queque ſenſibilia non ſenſibili ſed imaginaria ratione iudicandi. ⁊ tunc concludit dicens. Uides ne igitur quomodo cuncta potius vtantur ſua ideſt propria facultate in cognoſcendo q̃ȝ facultate eorum que cognoſcunt. ¶ Notandum ꝙ licet ratio in comprehendendo ſuum vniuerſale non vtatur imaginatione ⁊ ſenſu: tamen in actu ſuo preſupponit imaginationem ⁊ ſenſum quia nihil ẽ in intellectu niſi fuerit in ſenſu. Similiter licet imaginatio in ſua operatione non vtatur ſenſu: tamen preſupponit ſenſum fuiſſe in actu. quia fantaſia quam ḃ vocat imaginationem: eſt motus factus a ſenſu ſm actum. 2. de anima.

¶ Neqȝ id iniuria. nũ cum iudiciuȝ iudicãtis actu exiſtat: neceſſe eſt vt ſuam quiſqȝ operam nõ ex aliena ſed ex propria poteſtate perficiat.

¶ Neque id iniuria. Hic confirmat dictum ſuum per rationem dicens. Illud ſcilicet res cognoſcitur non ſm ſui naturam ſed ſm naturam cognoſcentis. illud non contingit iniuria. ideſt irrationbiliter. Nam cum omne iudiciuȝ cognitionis ſit actus ⁊ operatio iudicantis. ideſt potentie cognoſcitiue: neceſſe eſt vt quiſque cognoſcens perficiat ſuam operam. ideſt ſuam operationem cognoſcendi: non ex aliena poteſtate. ſcilicet rei cognite. ſed ex proxis poteſtate. ideſt ex virtute cognoſcentis. ¶ Nontandum ꝙ per litteram formatur talis ratio. Omnis actus ⁊ operatio ſequtur conditionem illius potentie: cuius eſt actus ⁊ operatio potentie cognoſcentis: ⁊ non rei cognite. ergo iudicare ⁊ cognoſcere ſequ.tur modum ⁊ conditionem potentie cogonoſcentis ⁊ non non rei cognite.

¶ Metrum quartum quinti libri.

Quondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes
Qui ſenſus ⁊ imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi.
Ut quondam celeri ſtilo
Mos eſt equore pagine
Que nullas habeat notas
Preſſas figere litteras:

¶ Metrum quartum quinti libri.

Quondam porticus attulit. Iſtud eſt metrum quartum huius quinti quod dicitur gliconicum ab inuentore. coriambicum a pede predominante. in quo metro improbat opinionem ſtoicorum ꝙ cognitio intellectiua ſolum perficeretur ex hoc ꝙ corpora exteriora ſuas ſimilitudines imprimant in mente m ita vt mens ſolum ſe habeat in ratione patientis: ⁊ res extra in ratione agentis. Ex quo ſequitur cum patiens trahatur ad naturam agentis ⁊ non econuerſo. ꝙ cognitio ſequeretur naturam rei cognite. ⁊ nõ naturam rei cognoſcentis quod eſt contra dicta. Primo ergo ponit opinionem ſtoicorum ſecundo improbat eam ibi. Sed mens. Primo ergo dicit. Quondam porticus attulit ſenes ſupple ſtoicos. qui dicebantur ſenes propter maturitatem morum ſenes inquam nimium obſcuros ſupple in ſententiis qui ſtoici credunt ſenſus ⁊ imagines. deſt rerum ſenſibilium formas imprimi mentibus ex corporibus extimis. ideſt exterioribus. ⁊ poſuerunt illa corpora eo modo imprimere imagines mentibus. vt quondam mos fuit alicui ſcribenti celeri ſtilo figere preſſas litteras. equore. ideſt in planicie pagine. que pagina nullas prius notas habeat. ¶ Notandum ꝙ ſtoici dicuntur a ſtoa greco quod eſt porticus latine. quia athẽis in maniſeſtiſſima porticu ⁊ aliis locis publicis ſtoici diſputare ſolebant ⁊ illi poſuerunt animã tantum habere ſe in ratione patiẽtis reſpectu rerum extremorum. ⁊ quia cognitio magis videtur ſequi virtutem actiuam q̃ȝ paſſiuã. ideo ſm eos cognitio potius debet attendi ſm facultatem rei cognite que eſt actiua q̃ȝ anime cognoſcentis que eſt paſſiua.

Sed mens ſi propriis vigens
Nihil motibus explicat.
Sed tantum patiens iacet
Notis ſubdita corporum.
Caſſaſque in ſpeculi vicem
Rerum reddit imagines.
Unde hec ſic animis viget
Cernens omnia notio.
Que vis ſingula proſpicit.
Aut que cognita diuidit.
Que diuiſa recolligit.
Alternumque legens iter
Nunc ſummis caput inſerit.
Nunc decidit in infima.
Tum ſeſe referens ſibi.
Ueris falſa redarguit.

¶ Sed mens. Hic improbat hanc opinionem. ſecundo ponit ſuam veritatem. ibi. Hec eſt efficiens. Primo ergo deducit ad plura incõuenientia iſtam opinionem dicens. Sed ſi mens vigens nihil explicat propriis motibus. i. ſi nullam actionem propriam habet. ſed tm̃ iacet patiẽs. ſubdita notis. i. ſimilitudinibus corporum. ⁊ ſi ipſa reddit. i. repreſentat ceſſas imagines rerum. i. ſimilitudines in vicẽ ſpeculi. i. ad modum ſpeculi. Tunc querit vnde viget hec notio. i. hec cognitio anime. que anima eſt cernens omnia non tm̃ corporalia ſed etiam incorporalia. ¶ Notanduȝ ꝙ primum inconueniens eſt ſi cognitio intellectiua fieret per ſolam impreſſionem corporum in anima tunc non eẽt virtus per quam anima cognoſceret incorporalia. quia ꝑ ſolam impreſſionẽ corporuȝ tm̃ cognoſceret corporalia. nũc autem manifeſtum eſt etiam ꝙ incorporalia cognoſcit. Aliud inconueniens ponit dicens. Si anima tm̃ eſt paſſiua. que vis anime ſingula proſpicit. i. iudicat. aut que vis aie cognita diuidit. aut diuiſa recolligit: aut que vis anime le

genus.i.apprehendens. alterum iter componendi ⁊ diui-
dendi.nunc inſerit caput ſūmis generaliſſimis aſcendēdo
a ſpecialiſſimis ad generaliſſima colligendo multitudinē
⁊ nunc decidit vel decedit ſm aliam litteram.i.cadit in in
fima.i.in ſpecialiſſima pcedendo a generaliſſimis ad ſpe-
cialiſſima diuidendo. Tum.i.tandem anima referens.i.
comparans ſeſe ſibi redarguit falſas veris. ideſt per vera.
¶ Notandum ꝙ ex littera talis formatur ratio. Illa ani
ma non eſt tantum paſſiua ſed actiua que iudicat compo
nit ⁊ diuidit ⁊ veris falſa redarguit. ſed anima intellecti-
ua eſt huiuſmodi.ergo. Maior nota eſt quia iudicare.cō
ponere.diuidere redarguere videntur eſſe operationes ac
tiue. minor apparet anima iudicat verum ⁊ falſum compo
nit predicatū cū ſubiecto aliquando diuidit pdicatū a ſbo
falſas opiniones redarguit.

Hec eſt efficiens magis
Longe cauſa potentior.
Quod que materie modum
Impreſſas patitur notas
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore paſſio.
Cum vel lux oculos ferit.
Vel vox auribus inſtrepit.
Tum mentis vigor excitus.
Quas intus ſpēs tenet.
Ad motus ſimiles vocans:
Notis explicat exteris.
Introrſumqꝫ reconditis
Formis miſcet imagines.

¶ Hec eſt ⁊c. Hic philoſophia ponit veritatem.d. Hec
mens eſt magis cauſa efficiens.que eſt cauſa longe poten
tior ꝙ̄ illa que modo materie.ideſt ſimilitudie materie pa
titur notas impreſſas.⁊ quia aliquis crederet ꝙ in anima
nulla eēt paſſio. Ideo ſubdit ꝙ quedā paſſio precedit ope
rationes anime in viuo corpore excitans ⁊ mouens vires
animi ad operandum. vt quando lux ferit oculos tunc pa
titur viſus. vel cū vox inſtrepit. ideſt inſonuit aurib⁹ tūc
patitur auditus ⁊ tandem vigor mentis excitus.ideſt exci-
tatus vocans ſpecies quas intus tenet ad ſimiles motus
applicat eas notis exteris.ideſt ſimilitudinibus exterioribꝰ
⁊ miſcet.ideſt applicat imagines exteriores corporum for
mis.ideſt ſpeciebus introrſum.ideſt in anima reconditis.
¶ Notandum ꝙ boetius hic vtitur ſententia platonica
que ponit ſpecies rerū a principio naturaliter inditas ani
me. Sed anima ſopita eſt in corpore ita ꝙ non intelligit
per eas niſi excitetur per immutationem ſenſuum exterio
rum.excitata autem euocat ſpeciem ſimilem illi quam ſen
ſus exterior impreſſit ⁊ applicando eam rei exteriori.ſic in
telligit per eam. ad hanc intentionem etiam loquitur lin-
colnienſis primo poſteriorum dicens. Ratio in nobis ſo-
pita non agit niſi prius per operationes ſenſuum quibus
admiſcetur fuerit experrecta. ¶ Notandum ꝙ ex littera
videtur ꝙ intellectus poſſibilis intelligendo etiā actiuus
cum ſit cauſa efficiens vt dicit in litera. Ariſto. autem ter
tio de anima vult ꝙ intelligere ſit pati.⁊ ꝙ intellectus nul
lam habet naturam niſi ꝙ eſt poſſibilis vocatus. Ad hoc
dicunt aliqui ꝙ quia anima comprehendit tam intelle-
ctum poſſibilem quam agentem in anima eſt actiua im-
mo cauſa effectiua intellectionis ratione intellectus agen
tis:ſed eſt paſſiua ratione intellectus poſſibilis vel dicen
dum ꝙ intellectus poſſibilis eſt potentia paſſiua ſaltem
quo ad primum eius actum cum intelligere ſit pati:⁊ ſed
omnis potentia paſſiua de neceſſitate requirit potentiam
actiuam que reducat ipſam ad actum. Tale autem acti
uum non poteſt eſſe res corporalis extra cuꝫ agens ſit pre
ſtantius paſſo.ideo tale actiuum ex parte anime erit intel
lectus agens cuius operatio eſt facere potentia intellecta
actu. ita tamen quod a rebus extra virtutem intellectus
agentis imprimit aliquid intellectui poſſibili per quod
in actum intelligendi reducitur. Non eſt ergo intentio
Boetii negare quin mens ſit paſſiua ratione intellectus
poſſibilis.ſed vult ꝙ mens ſiue anima magis habeat ef
ficientiam in intellectione quam ſit paſſiua ab ipſis cor
poribus extra.⁊ per conſequens efficientia intellectus nō
debet attribui reb⁹ extra quod erat de intentiōe ſtoicoꝝ.

¶ Proſa quinta quinti libri.

Quod ſi in corporibus ſentiendis:quan
uis afficiant inſtrumenta ſenſuꝫ forin
ſec⁹ obiecte qualitates.animique agē
tis vigorem paſſio corporis antecedat que in ſe ac
tum mentis prouocet.excitetque interim quieſcē
tes intrinſecus formas. ſi in ſentiendis inquam
corporibus animus non paſſione inſignitur:ſed
ex ſua vi ſubiectam corpori iudicat paſſionem
quanto magis ea que cunctis corporum affectio
nibus abſoluta ſunt.in diſcernendo non obiecta
extrinſecus ſequuntur:ſed actum ſue mentis ex-
pediunt.

¶ Proſa quinta quinti libri.

Quod ſi in corporibus ſentiendis. Hec eſt qn-
ta proſa huius quinti libri. In qua probat ſpe-
cialiter. diuinam cognitionem eſſe ſecundum
modum cognoſcentis ⁊ non rei cognite. Secundo oſten-
dit inſufficientiam eorum qui ex vero modo cognoſcen-
di improbant prouidentiam diuinam ibi. Quid igitur.
Primo facit quod dictum eſt.ſecundo infert duas con-
cluſiones ibi. Hic itaqꝫ. Primo dicit. Si in ſentiendis
i.in cognoſcendis corporibus animus noſter non tantum
inſignitur.i.afficitur paſſione corporis ſed ex ſua vi indi-
cat paſſionem ſubiectam corpori ita ꝙ in cognoſcendo ſe
quitur propriuꝫ motum. quamuis qualitates obiecte fori
ſecus afficiant.i.immutent inſtrumenta ideo organa ſen-
ſuum:⁊ paſſio corporis antecedat vigorem agentis animi
que paſſio prouocet actum mentis in ſe.⁊ excitet formas i
trinſecus quieſcentes. Si hoc ē in animo noſtro multo ma
gis ea que abſoluta ſunt cunctis affectionibus.i.qualita-
tibus corporum. Sicut intelligētie ſeparate ⁊ precipue de
us:illa in diſcernendo nō ſequuntur obiecta extrinſecus.
ſed expediunt.i.perficiunt actum ſue mentis.i.operationē
intellectiuam ſm naturam propriam. ¶ Notandum ꝙ
ex littera ſic poteſt argui. Si id de quo minus videtur ineē
ineſt:⁊ de quo magis. Sed minus videtur ꝙ animus no-
ſter in cognoſcendo ſequatur motum ſuum ⁊ non rei co-
gnite ⁊ tamen ſequitur facultatem ſue cognitōis ergo mul
to magis intelligentia diuina ſequitur in cognoſcendo p
priummotum ſue cognitionis ꝙ̄ ipſius rei cognite.

¶ Hac itaque ratione multiplices cognitiones
diuerſis ac differentibus ceſſere ſubſtantiis. Sen-
ſus enim ſolus cunctis aliis cognitionibus deſti
tutus immobilibus animantibus ceſſet. quales
ſunt conche maris queqꝫ alia ſaxis herentia nu
triuntur. Imaginatio vero mobilib⁹ beluis qui
bus iam ineſſe fugiendi appetendiue aliquis vi-
detur affectus. Ratio vero humani tantuꝫ gene
ris eſt ſicuti intelligētia ſola diuini. Quo fit vt ea
noticia ceteris preſtet que ſuapte natura nō mo
do propriuꝫ ſed ceterarum quoque noticiarum ſub
iecta cognoſcit.

¶ Hac itaqꝫ ratione. Hic infert duas concluſiones ex pmiſſis dicēs. Ex quo cognitio ſequitur naturam cognoſcentis ꝛ non rei cognite: ꝛ cum cognoſcentia ſint diuerſa ſm naturam oportet diuerſis cognoſcentibus conueni re diuerſas cognitiones. Unde dicit. Hac itaqꝫ rōne: ꝙ cognitio ſequitur naturam cognoſcentis. multiplices cognitiones. ceſſere. idest ceſſerunt diuerſis ac differentibus ſubſtantiis: ſenſus enim ſolus deſtitutus aliis cognitionibus. ceſſit animantibus imobilibus. quales concbe maris. ꝛ queciuqꝫ nutriuntur herentia ſaxis. Imaginatio vero ceſſit mobilibus beluis que mouentur motu progreſſiuo. quibus videtur ineſſe affectus. idest appetitus fugiē di malum vel appetendi bonum. Ratio vero per quam comprebendimus vniuerſale tantum eſt bumani generis ſicut intelligentia eſt diuini generis. Tunc ponit ſecundā concluſionem. ꝙ illa cognitio eſt notior ꝛ nobilior que nō ſolum apprebendit proprium obiectum ſed etiam obiecta aliarum notitiarum. idest cognitionum. Unde dicit. Quo fit vt ea noticia. i. cognitio preſtet. i. nobilior ſit ceteris. que ſuapte natura. idest propria natura. non modo. idest non tantūmodo. proprium obiectum cognoſcit. ſed etiam cognoſcit ſubiecta ceterarum noticiarum. ¶ Nota circa primam concluſionem ꝙ cum actus ꝛ operationes diuerſificentur ſm diuerſitatem agentium ꝛ operantium ſequitur ſi agentia ꝛ operantia ſint diuerſa ꝙ babeant diuerſas operationes ꝛ cognitiones. propter quod ſenſus ſine aliis cognitionibus ceſſit animalibus imobilibus. ꝛ accipitur ſic ſenſus ſtricte pro apprebenſiōe ſenſitiua. que ſolum imutatur ad preſentiam ſenſibilis. Sic enim diſtinguitur contra imaginationem que non tantuꝫ apprebendit rem preſentem. ſed etiam abſcentem. ¶ Notandum circa ſecundam concluſionem quod quecunque potencia plura cognoſcit videtur eſſe preſtantior ea que cognoſcit pauciora. Si ergo aliqua potentia cognoſcit proprium obiectum hoc obiecta aliarum potentiarum inferiorum. ſicut eſt intelligentia diuina. ꝛ non econuerſo. ſequitur ꝙ potētia ſupior plura cognoſcēs ſit nobilior iferiori.

Quid igitur. ſi ratiocinatio ſenſus imaginatioqꝫ refragentur: nibil eſſe illud vniuerſale dicentes ꝙ ſeſe intueri ratio putet. quod eniꝫ ſenſibile vel imaginabile eſt id vniuerſuꝫ eſſe non poſſe. aut igitur rationis verum eſſe iudicium nec quicquam eſſe ſenſibile. aut quoniā ſibi notum ſit plura ſenſibꝰ ꝛ imaginationi eſſe ſubiecta: inanem conceptionem eſſe rationis que quod ſenſibile ſit ac ſingulare quaſi quoddam vniuerſale cōſideret. Ad hec ſi ratio contra reſpondeat: ſe quidem ꝛ quod ſenſibile ꝛ qd imaginabile ſit vniuerſitatis ratiōe cō ſpicere. Illa vero ad vniuerſitatis cognitionem aſpirare non poſſe. quoniā eorum notio corporales figuras non poſſit excedere. De rerum vero cognitione firmiori potius perfectioriqꝫ iudicio eſſe credendum. In huiuſmodi igitur lite nos quibꝰ tam ratiocinandi quam imaginandi etiam ſentiendique vis ineſt: nonne rationis potius cauſaꝫ probaremus.

¶ Quid igitur. Hic philoſophia oſtendit inſufficientiaꝫ eorum que ex modo cognoſcendi noſtro improbant diuinam prouidentiam ſecundo hortatur nos ad conſiderandum modum diuine cognitionis. ibi; Quare in illius. primo manifeſtat inſufficientiam eorum per ſimile. ſecundo applicat illud ſimile ad propoſitum. ibi. Simile eſt. Similitudo autem quam intendit talis eſt. Senſus ꝛ imaginatio ſunt cognitiones inferiores ꝙ ratio. Si ergo ſenſus ꝛ imaginatio vellent iudicare modum recognoſcēdi rationis ex modo cognoſcendi proprio. ꝛ dicere ꝙ vniuerſale nibil eſſet quod ratio apprebendit. vel ſi verum eſſet iudicium rationis vel eſſet particulare ꝛ ſenſibile. ratio vero diceret contrarium. Manifeſtum eſt ꝙ nos qui vigemus vtraque cognitione potius aſſentiremus rationi iudicando motiuum ſenſus. ꝛ imaginationis eſſe inſufficiens. dicit ergo. Quid igitur ſi ſenſus ꝛ imaginatio refragentur. idest cōtradicant rationi. dicentes nibil eſſe vniuerſale id quod ratio putat ſeſe intueri ſic arguendo. Quid enim eſt ſenſibile aut imaginabile id non poſſe eſſe vniuerſum. idest vniuerſale ſecundum iudicium ſenſus ꝛ imaginationis. Aut igitur iudicium rationis neceſſe eſt eſſe verum. ꝛ per conſequens nec quicquam eſſe ſenſibile. quod eſt abſurdum. Aut quoniam notum ſit ſibi ſup. ſenſui ꝛ imaginationi plura eſſe ſubiecta ſenſibus ꝛ imaginationi. que neceſſe eſt ſenſibilia. crederes ne conceptionem rationis eſſe inanem. que conſideret illud quod ſit ſenſibile ꝛ ſingulare. quaſi quoddam vniuerſale. Ad hec ſi ratio reſpondeat ſe conſpicere in ratione vniuerſali quod ſit ſenſibile ꝛ imaginabile. Illa vero ſcilicet ſenſuum ꝛ imaginationem non poſſe aſpirari. idest peruenire ad cognitionem vniuerſitatis. idest vniuerſalis. quia notio. idest cognitio eorum non poſſit excedere figuras corporales ꝛ diceret ratio potius eſſe credendum firmiori ꝛ perfectiori iudicio rerum. In huiuſmodi igitur lite. ſcilicet iter ſenſum ꝛ imaginationem ex vna parte. ꝛ rationem ex altera parte nos quibus ineſt tam vis ratiocinandi ꝙ imaginandi ꝛ ſentiēdi. nonne potius probaremus cauſam rationis. ꝛ reputaremus motiua ſenſus ꝛ imaginationis eſſe ſufficientia. q. d. immo. ¶ Notandum ꝙ iudicio nobilioris potentie potius eſt ſtandum ꝙ iudicio potentie ignobilioris. cum igitur ratio ſit potentia nobilior ꝙ ſenſus ꝛ imaginatio. eo ꝙ ratio comprebendit proprium obiectum ꝛ obiectuꝫ ſenſus ꝛ imaginationis ꝛ non econuerſo. ergo potius aſtandum eſt iudicio rationis ꝙ potentiarum inferioruꝫ.

¶ Simile eſt ꝙ humana ratio diuinam intelligētiam futura niſi vt ipſa cognoſcit nō putat intueri. Nam ita differis: ſi qua certos ac neceſſarios habere non videantur euentus: ea certo euentura preſciri nequeūt. Harum igitur rerum nulla eſt preſcientia. quam ſi etiam in his eſſe credamus nibil erit quod non ex neceſſitate proueniat. Si igitur vti rationis participes ſumus ita diuine iudicium mentis habere poſſemus ſicut imaginationem ſenſumque; rationi cedere oportere iudicauimus: ſic diuine ſeſe mēti humanam ſubmittere rationem iuſtiſſimum cenſeremus.

¶ Simile eſt. Hic applicat illud ſimile ad propoſitum. ꝛ dicit. Illud quod eſt dictum de ſenſu ꝛ imaginatione reſpectu rationis. ſimile eſt ei ꝙ humana ratio non putet diuinam intelligentiam intueri niſi vt ratio ipſa cognoſcat quod apparet ex ipſo modo arguendi. Nam ita differis idest arguis. ſi qua non videantur non habere certos ꝛ neceſſarios euentus talia nequeunt preſciri certo euentura. Igitur talium rerum nulla eſt preſcientia. quam ſcilicet preſcientiam ſi credamus eſſe in his: nibil erit quod nō proueniat ex neceſſitate. Si igit ſicut ſumus participes rōnis ita poſſemus habere iudiciū diuine mentis. ſicut nūc iudicauimus imaginationē ꝛ ſenſuꝫ oportere cedere rationi. ſic cenſeremus. i. iudicaremus. iuſtiſſimuꝫ humanā rōneꝫ ſeſe ſubmittere diuine mēti. ¶ Notandū ꝙ ſimile eſt de

iudicio ſenſus ⁊ imaginatiõis reſpectu rõnis. ⁊ rõis reſpectu itelligẽtie diuie. Nã ſenſui ⁊ imaginatõi vr̄ ꝙ rõ aliter nõ poſſit ꝯphẽdere rẽ niſi ſicut ĩpa ꝯphẽdit qḋ tñ falſũ ẽ Sic ſimilr̄ vr̄ rõni humãe ꝙ itelligẽtia diuina non poſſit res icertas cognoſcer̄ alr̄ q̃ʒ ĩpa cognoſcit. qḋ falſũ ẽ. nã q̃ rõ hũana icerte cognoſcit itelligẽtia diuia certa ꝯphẽdit.

¶ Quare in illis ſũme intelligentie cacumẽ ſi poſſum⁹ erigamur. Illic. n. rõ videbit qḋ ĩ ſe nõ p̄t intueri. Jd ãt eſt. quo nã mõ: etiã que certos exitus nõ habent. certa tñ videat ac diffinita prenotio neque id ſit opinio. ſed ſumme potius ſcientie nullis terminis ĩncluſa ſimplicitas.

¶ Quare ĩ illi⁹ ſũme itelligẽtie. Hic phia hortar̄ vt erigamus nos ad cognitionẽ diuĩe intelligẽtie dicẽs. Quare ſi poſſum⁹ erigamur ꝑ diligentẽ ꝯſiderationeʒ ĩ cacumen illius ſũme itelligentie ſup. diuie. Jlic. n. rõ videbit qḋ in ſe nõ põt intueri. ſ. quõ certa ⁊ diffinita ꝑnotio dei cognoſcat illa q̃ nõ hñt certos exit⁹. ⁊ illud nõ ſit opinio. ſʒ poti⁹ ſit ſimplicitas ſũe ſcie nullis terminis icluſa: ꝙ ſimplicitas ſũme ſapie ẽ ĩfinita. ¶ Notãdũ ꝙ ſi cognitio ſeq̄ret̄ facultatẽ rei cognite. ⁊ nõ virtutis cognoſcẽtis: tũc ſicut rõ humana cognoſcit futura cõtingẽtia icerte ſic ſilr̄ itelligentia diuia ea icerte cognoſceret. ſʒ ꝙ facultas cognitionũ ẽ ꝑm facultatẽ virtutũ cognoſcẽtiũ ⁊ itelligẽtia diuia ĩ cognoſcẽdo excepit rõneʒ humanã. poterit ĩpſa certa cognoſcere q̃ ratio humana incerte cognoſcit.

¶ Metrum quintum libri quinti.

Quam variis terras aĩalia ꝑmeãt figuris
Namq̧ʒ alia extento ſunt corpore puluereumq̧ʒ verrunt.
Cõtinuũq̧ʒ trahunt vi pectoris incitata ſulcum.
Sũt q̄bus alaꝝ leuitas vaga verberetq̧ʒ ventos.
Et liquido longi ſpacia etheris enatet volatu
Hec p̄ſſiſſe ſolo veſtigia greſſibus gaudent.
Uel virides cãpos tranſmittere vel ſubire ſiluas
Que variis videas lʒ oĩa diſcrepare formis.
Prona tñ facies hebetes valet igrauare ſenſus.

¶ Metrum quĩtũ quĩnti libri.

Qũ variis terra. Hic icipit qntũ metꝝ hui⁹ qnti. qḋ dr̄ archiloycũ ab ĩuẽtor̄. dactilicũ a pede predominãte ĩ q̃ oñdit hoĩeʒ cẽ diſpoſitũ ad cõtẽplationẽ celeſtiũ ex figura corpis ſui. ⁊ ꝑmo deſcribit figurã corpalẽ alaꝝ beſtiaꝝ. ſcḋo figurã hoĩs. ibi. Unica genus. Prio dicit aĩalia ꝑmeãt terras q̃ʒ variis. i. valde variis figuris nãq̧ʒ alia aĩalia extẽto corpe ſicut ſũt ſerpẽtes ⁊ reptilia. illa vertũt. i. vertũt puluerẽ. ⁊ icitata. i. mota vi pectoris. trahũt ꝯtinuũ ſulcũ ſup. ĩ puluere. Sũt alia aĩalia qb⁹ ĩeſt vaga leuitas alaꝝ q̃ verberet vẽtos. ⁊ enatet. i. trãſeat liq̄do volatu ſpacia lõgi etheris. i. aeris. Sunt alia q̃ gaudẽt veſtigia p̄ſſiſſe ſolo. i. terre greſſib⁹ ſuis ⁊ trãſmittere. i. ptrãſire virides cãpos ⁊ gaudẽt ſubire ſiluas: q̃ oĩa aĩalia: lʒ videas ea diſcrepare variis formis. tñ facies eoꝝ ꝑna. i. ad terrã iclinata. vʒ igrauate. i. ingrauatos oñdere ſenſus hñtes. i. brutales. ¶ Notãdũ ꝙ phia tãgit tria genera aĩaliũ. ſ. reptilia. volatilia. ⁊ greſſibilia q̃ lʒ differãt ĩ formis. ꝙ qdã formãt̄ ad reptãdũ vt ſꝑẽtes qdã ad volãduʒ vt aues qdaʒ ad gradiẽdum vt beſtie. tamen hec omnia cõueniunt ꝙ hñt faciem inclinatam ad terrã.

¶ Unica gens hominũ celſũ leuat alti⁹ cacumẽ.
Atq̧ʒ leuis recto ſtat corpore deſpicitq̧ʒ terras.
Hec niſi terren⁹ male deſipis admonet figura
Qui recto celũ vultu petis. exeriſq̧ʒ frontem.
Jn ſublime feras aĩuʒ quoq̧ʒ ne grauata peſſum.
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.

Pietatis. Hic h. qdā notabile circa pdcā pōit q erogatiōē elemēſynaꝝ paupib⁹ faciēdā cōmouet. ⁊ b ſi mgro ſuppetat reꝝ facultas. Et facit ⁊ pmo fac qd dcm ē. ⁊. erogationē ſūnope ꝯmēdat ibi. Que pclarior. Et dic rector ſcolariū dlinit⁹. i. munit⁹ vl' iſignit⁹ ābitu pietatis. i. ipſamet pietate. tenef. ſ. aure caritatiſ mlcere. i. fouere corda diſcipſoꝝ dgētiū. pauptate. ⁊ b diſcētiū ſtudioſe ñ qdē diſcol' mlcere īquā cibariis ⁊ calceis. q̄z ꝓ ⁊ veſtib⁹ ⁊ ſi nō nouis ſaltē tritis. i. laceratis ⁊ antiqs ⁊ b dico ſi facltas ſua ſuppetit. vltra. n. poſſe vi ñ vult de⁹ vlla reqri. q̄z ꝓ ⁊. mgr̄ ipe ſbueniat ipis ceteris dōatis. i. donis aliis q̄z pmiſſis. ſilr q̄z ſbueniat eis ꝯſilio ꝯcitatiuo b ē āmoneat eaſ atq̄z ꝯ. et vt puſq̄z ſtudiū relīquāt poti⁹ elymas recepturi ab eoyl' ab aliis veniāt. No. lz ho. ſolos ſcolariū rectores pietatē amplexari cōmonet: ab oibus tñ totis virib⁹ appetenda eſt b enīz virt⁹ eſt quā natura ſuadet atq̄z rō cōpobat fraterne

charitatis.oēs.n.boīes nāe vni⁹ ſumus q̄obrem pene s
oēs pietatis opa exhibenda ſunt.hic ſeneca in thieſte.nul
lā vis maioꝛ pietate vera ē.quoſcūqꝫ.n.verus amoꝛ reti
nuit hos pietas tenebit.his ḡ cōcludrē charitatis op⁹ pie
tatē eē naturāqꝫ querere pietatē. ¶ Notādūꝫ circa h qđ
dicit ſi facultas ſuppetit nō tm̄ erogādūꝫ eſt ⁊ in ꝓceſſu tē
poꝛis elargiēda deſiclāt. Prudēs ḡ itueat̄ qđ ſibi contin
gere poſſit.nam teſte ſocrate. Melius eſt cauere q̄ꝫ paue
re. Sic ḡ cūcta largie ꝑda ſunt ne ſucceſſu tp̄is remēdicari
cohibeat̄. Pietas.i.miſericoꝛdia benignitas. ꝓpitiatio.
Mulceo ces.re.mitigare.fouere.deliníre.

¶ Que enīꝫ preclarioꝛ nature que ve ſuauioꝛ quā
veris ſcholaribus erogatio. Preclarſus eſt enim
conſouere ſcholarem his in quibus eſt minima
donantis exhibitio maxima vero pauperis repe
rientis pꝛomptio quam hiſtrionum ⁊ meretricuꝫ
deteſtabiles incurſus deliniri.

¶ Que.n. p̄clarioꝛ. In hac pte recomēdat erogationem
paupib⁹ ſcolarib⁹ factā dicēs.q̄.n.erogatio.i.elemoſyna
ē p̄clarioꝛ.i.nobilioꝛ vel ſnauioꝛ.q̄ꝫ illa q̄ eſt qua facta ve
ris ſcholarib⁹.ſi diceret nulla.qm̄ cōfoueri.i.mulceē ſcho
larē his.ſ.erogatiōib⁹ in qbus exhibitio donātis ē mini
ma ⁊ pꝛomptio.i.receptio recipiētis maxia ē. p̄clarius.i.
beatius ⁊ nobilius q̄ꝫ deliniri.i.fouere deteſtabiles . ideſt
odibiles incurſus hiſtrionū atqꝫ meretricū. ¶ Notādūꝫ
īter oēs erogatiōes q̄ fieri pſſit p̄clarioꝛ illa ē q̄ diſcipulis
a magiſtro exhibeē.qm̄ in ipſa duplex erogatio cōmittiē.
ſ.coꝛpalis atqꝫ ſpūalis. Coꝛpalis nāqꝫ q̄ victu veſtitu at
qꝫ alio exterioꝛi famulatu exhibeē. Spūalis v̓o qua igno
rātie diſcipuloꝝ medeē atqꝫ dubitāti cōſulit. Cū ḡ duplex
in his ſit erogatio in reliq̄s plerūqꝫ ſimplex.ꝯſtat ea nil p̄
clari⁹ dulciuſqꝫ cōſtare. ¶ Itē nota circa h qđ dr̄ q̄ eſt fcā
veris ſcholarib⁹ ⁊c.q̄uis oībus ſubueniēdū ſit habēdus
tn̄ ē delectus in q̄ ſpectandi ſunt moꝛes. cui daē ⁊ aius at
qꝫ vite ſanctitas.nō.n.erogandū eſt diſcolis: non igratis.
nō dilapidatoꝛib⁹ nō quoqꝫ deū mime diligētibus. Et iō
bn̄ dcm̄ ē a cathōe. Cui dies videto. Itē hiſtrio geſticula
toꝛ.vel ioculatoꝛ eſt q diuerſos geſtus ⁊ habitus hoīuꝫ re
preſentare noſcit. Et dr̄ ab hiſtrion qđ eſt geſticulari. In
de hiſtriōes comediarū repꝛeſentatiōes olim dicebantur.

¶ Nubila licet quandoque foꝛtuna exiſtat.nō ta
men magiſtrantis cura deſperet.ſed ſemper curi
aliter ſe regendo incurſus viriliter perferat dulci
us expectādo. Prob coꝛiādi pudēda trāſactio.

¶ Nubila lꝫ ēt foꝛtuna exiſtat. Hoc ē quintū ⁊ vltimuꝫ in
cidens qđ circa p̄dicta cōtingere poſſet qđ eſt foꝛtune ad
uerſitas. ¶ Et duo facit in hac pte.nā pꝛio circa h inci
dens documentū ponit.ſcđo ipſuꝫ documentū exēplo ꝯfir
mat.ibi. Pꝛo coꝛiandi. Et dicit lꝫ ipſa foꝛtuna q̄nqꝫ exi
ſtat nubila.i.aduerſa tn̄ cura.i.vigilia atqꝫ ſtudii ſollicitu
do magiſtrātis.i.magiſtri nō deſperet pp hoc.ſed regēdo
ſe ſemp bn̄.i.equanimiter perferat.i.patiatur viriliter.i.
animo foꝛti incurſus.i.aduerſitates foꝛtunaꝝ ſpectādo ſp
dulcius ⁊ melius euenturum.⁊ non faciat, q̄ēadmodum
Coꝛiandus ille magiſter qui cuꝫ foꝛtuna ſibi nō ſp arridet
ſcholas dimiſit ⁊ deſperationē incurrebat.⁊ ideo iquit ꝓh
interiectio deteſtantis eſt pꝛoh tranſactio.i.conſtātia. coꝛ
riandi huius magiſtri eſt pudenda ideſt reſpuenda. Notā
dum ⁊ ſi omnis virtus in ſummo ſit.equanimitas tamen
animi quā cōſtantiam hic licet appellari:plurimum col
laudanda eſt quā ſiquideꝫ macrobius libꝛo.i.ſic diſcribit
Eſt animum ſupꝛa ꝑiculuꝫ erigere:nihilqꝫ niſi turpia me
tuere. foꝛtiter tolerare aduerſa:⁊ humiliter ꝓſpera:conſtā
tis hoc animi eſt:vt ait Tullius lib.i.de officiis in rebus
aſperis minime perturbari. Qui hac virtute caret nullam
in ſuis operibus ꝓſperitatem obtinebit. Cū ergo foꝛtuna
male fida nubilū oſtenderit vultūꝫ equanimiter ꝑferendūꝫ
eſt atqꝫ in dn̄o ſperādū:qui teſte ꝓpheta q ſperant in dn̄o
non ꝯfundenē. Quare foꝛtuna nubila quondā depingeba
tur vt ſuperius ſatis edoctum eſt.

¶ Cū autem ob feſtiui tempoꝛis impulſum deli
ciarum loca viſitare placuerit. ſemper certus ſui
nobilioꝛes.foꝛmaque eminentioꝛes docentis ſecū
habeat diſcretio.ne quaſi deſtitut⁹ ſolatio a mul
tis videatur:vel ne in periculum excitetur Maro
nis ſaltus felicium diſcipuloꝛum priuari cetu
indoluit.

¶ Cum autem ob feſtiui tempoꝛis impulſum. deliciarum
Poſtq̄ꝫ Boetius in precedētibus poſuit noꝛmā atqꝫ mo
duꝫ magiſtros ipſos regulātes tā quo ad ſe quā quo ad di
ſcipulos ſuos:⁊ hoc tā in moꝛibus quā in ſciarū admini
ſtratione. Hic cōſequēter ponit modū atqꝫ noꝛmā magi
ſtros regulātes in compatiōe ad alios diſcipulos. Et diui
diē hec pars in duas ptes ſꝫ duo documēta que ponit ſa
ibi. Licꝫ āt in ⁊c. Pꝛia in duas nā pꝛio documētū ponit.
ſcđo cām ſubiūgit.tertio exēplo coꝛroboꝛat.ſcđa ibi. Ne
quaſi.tertia ibi. Maronis ſaltus. Et legēdo h totū vſqꝫ in
ſcđꝫ documēta dicit pꝛio cū magr̄o placuerit viſitare loca
deliciaꝝ ob ipulſuꝫ feſtiui tp̄s diſcretio docētis habeat ſp
ſecū nobilioꝛes ſui cet⁹.ſ.ſuoꝝ ſcolariū atqꝫ etiā eminētio
ris foꝛme.foꝛma.n.eminēs coꝛpis ai ēt excellētiā cōiter re
p̄ſētare phibeē. Et hoc iō fiat ne magiſter ipſe a multis vi
deatur eſſe deſtitutus ſolatio.i.ſolamine vel etiā iō ne exci
tetur.i.cōmoueatur in ꝑiculū ve.n.hoi ſoli qm̄ cūceciderit
nō hēbit ſubleuātē. Et mala q̄ exīn pñt euenire ſi p̄dicta
nō obſeruenē exēplo oñdēs dicit. Salt⁹.n.i.trāſit⁹ ſolita
ri⁹ Maronis foꝛte Virgiliū dicit vel alteꝝ.idoluit.i.valde
doluit ꝑ:priuari.i.deſtitui cetu.ſ.ſocietate feliciū ſcolariū foꝛ
te malū qđdam ex ſolitario ſuo tranſitu Maroni euenit:
qđ male fuerit Boe.tn̄ non expꝛeſſit.

¶ Licet autem in ſcholis rigidus exiſtere debeat
tamen ingreſſu ſalutando deuotus permaneat:
in ſermone iocundus tranſmigrantibus. comes
alludentibus:fidelis ammonitu commoꝛantibus
caſtitate cautus affinibus.ne ſuſpirantis naſi fe
toꝛeꝫ ſi quis affuerit:amicabilis ebibat affinitas.

¶ Licet aūt ⁊c. Hoc ē ſcđꝫ documētū quo magiſtros in
format qualr̄ ſe erga alios a ſcolarib⁹ ſuis gerere debeāt.
Et dicit magr̄ ipſe ſcolariū lꝫ debeat eē rigid⁹ in ſcolis ſub
audi q̄ēadmodū ſupꝛ⁹ in eodē capi.expſſum ē vbi diceba
tur rigid⁹ ⁊c.tn̄ magr̄ dꝫ eſſe deuot⁹ ingreſſu.i.trāſitu ſuo
corā pplo.⁊ hoc dico ſalutādo quēlibꝫ ſꝫ ꝯditōes ſuaꝝ ꝛꝫ.
ēt eſſe trāſmigrātib⁹.i.cū pꝛetereūtib⁹ iocūd⁹ ſermōe.atqꝫ
colludētib⁹.i.ſibi ꝯgruētib⁹ comes ⁊ ſoci⁹.ſitqꝫ cōmoꝛan
tib⁹.i.ſecū hitantib⁹ fidelis ammōitu.i.āmōitōe ſalubꝛi at
qꝫ ēt ſit affinib⁹.i.vicinis caut⁹.l.aſtut⁹ caſtitate.i.in ca
ſtitate.q̄ſi dicere velit.ſi nō caſte viuere poſſit corā vicinis
faciat tn̄ vt ſi qđ ſiniſtꝝ egerit vicinis nō inoteſcat vt qđ ca
ſte fieri neq̄at ſaltē caute exeq̄t.⁊ h⁹ cām ſubdēs inqt. Et
Et h iō vt dcm̄ ē ſ.eri dꝫ ne affinitas amicabil̄.i.amica vi
cinitas ebibat.i.ſubtrahat fetoꝛē ſuſpirātis naſi.q.d. vt ī
mediate ſupꝛa ſuppletū ē. Et metaphoꝛica locutio eſt.

¶ Extrema pꝛeſentis voluminis extat compila
tio de magiſtrantibus quos liberalibus nouerca
diſciplinis egeſtas fines compulerit inuadere alie
nas. Et de illis quos natalis patrie reuocat dul
cedo aliquid ſub compendio dicamus.

¶ Extrema pñtis.⁊c. Hec ē ſcđa pars pꝛicipalis hui⁹ vl
timi capituli. In qua poſtq̄ꝫ boe.determinauit ⁊ poſuit di
uerſam magiſtroꝛum diuiſionē ⁊ moꝛes eoꝝ q in locis ſtu

dioꝝ principalioribus. ſ. athenis ⁊ rome habitāt documē tis regulauit. hic mō in hac ſecūda pncipali parte huius capituli vult oſidere quō ſe dēt hēre illi q hnt curam regēdi ſcholas in caſtris vel in villis pfata loca ſtudioꝝ circūiacentibus paupertate oclusi. Et diuidit h ps i duas ptes. In pria pte pmittit intētū ſuū. In ſcda ipſuȝ pſeqꝛit. ibi. Cuȝ ob egeſtatis cāȝ. ⁊ dicit. extrema. i. vltia opilatio pſitis volumis extat. i. eſt. vt dicam⁹ ſub cōpendio. i. ſub breuitate de magiſtratib⁹ illis quos egeſtas. i. paupertas exiſtens nouerca. i. ōria ⁊ inimica liberalibus diſciplinis cōpulit inuadere fines. i. regiōes alienas ⁊ ſilr q̄ȝ de his quos dulcedo natalis patrie reuocauit ſubaudi vt ibidē cōmorarē tur. ⁊ de his in tertia pte pncipali. ¶ Notādū circa h qd dicit liberalib⁹ diſciplinis p has liberales diſciplinas. 7. artes liberales intelligit. liberales inq̄ȝ qm̄ ab aliis illiberalibus, piſus ſunt diſtincte ipe nēpe ad aiam: ille vero ad corpus ordinant. liberales ēt q: ſm eas hō p ſe diſponit ſm intellectū ad optimū finē veluti vſuȝ virtutū moraliuȝ ⁊ intellectualiū vel ad pfecte felicitatis vſuȝ que eſt i pecu latinē. q añt talia cōſiderant naturaliter liberi ſunt ⁊ nō ſeruiles cū intellectu vigeāt. iō recte artes ille liberales dicte ſunt. ⁊ rurſuȝ liberales q: liberos expeditos ⁊ exercitatos aios requirunt eo q: ſubtiliter de rerum cauſis diſputant ⁊ de illis plerūq̄ȝ que a ſenſu remota ſunt. Et inſuper liberales iō q: antiq̄⁹ tātūmō liberi. i. nobiles ⁊ ingenui in eis ſtudere cōſueuerūt. Plebei vero in mechanicis ob peritiā opandi q̄ qdē peritia ⁊ opus plus plebeis cōgruit. Ociuȝ vero ⁊ ſtudiū nobilibus ſm hugonē. Itē finis incerti generis. i. terminus ⁊ a funis dr: q: agroꝝ fines funiculis ſunt diuiſi. Un̄ pphēta funes ceciderunt mihi in preclaris. ⁊ dr finis terminus. cōſumatio. mors. pfia. vñ eſt finis prie mors cōſumatio meta. ⁊ cōiter incerti generis ē aut maſculini aut feminini.

¶ Cum ob egeſtatis cām repellende lucri querat qs odoreȝ dulciſſimū: cōſiderandū eſt vt ſaluo magiſtratus honore pcitati quantum queat inſiſtat. veſtibus mediocrib⁹ inhiat. ⁊ ſcholariū regimini precipue indulgeat.

¶ Cū ante ob egeſtatis cām. ⁊c. Poſtq̄ȝ boetius intentū ſuuȝ premiſerat. hic ipſuȝ mō pſequitur. Et duo facit. nā primo boetius oſtendet qualiter magiſtri ipſi exiſtētes extra patriā ſuā ⁊ in locis ſupradictis vel de ppe vel de longe adiacentibus ſe regere debeant erga ſcholares: ſecūdo qualiter erga alios a ſcolaribus ibi. Cū autē cenā. Pria adhuc i duas primo facit qd dictū ē quo ad ſe ſecundo q ad vicedoctorē. ibi. Aduertenduȝ. Prima adhuc in duas primo. n. ponit documenta generalia. ſecundo ſpālia documenta ſubiūgit ibi. Puerisq̄ȝ ⁊ dicit primo cuȝ quis magiſtrorū ob cām repellende egeſtatis. ideſt egeſtate ipſa cogēte querat odorē dulciſſimuȝ lucri. ſubaudi in partibus alienis. tunc conſideranduȝ eſt vt magiſtratus ipſe inſiſtat. ideſt intendat q̄ntum queat. ideſt poterit parcitati. ⁊ hoc honore dico ſaluo. q̄ȝ pro ⁊. cōſideret ēt vt inhiat veſtibus mediocribus. ſubaudi tamē honore magiſtrali dignis iuxta premiſſa precepta. atq̄ȝ indulgeat. ideſt intendat precipue regimini ſcholariū. ¶ Nota qm̄ oīa hec generalia precepta in ſuperiorib⁹ eodē capitulo quaſi deducta ſunt. vȝ magiſtri parcitas: veſtimētoruȝ honeſtas: atq̄ȝ iuxta ſcolares debita attētio. iō de eis hic denuo pertractare ſuperfluuȝ foret. quare ibi videas. Item queo quis quiui quitū. quire. i. poſſe. ⁊ componitur cū non: ⁊ dr nequeo.

¶ Puerisq̄ȝ primo prebeat vultū benignū. parentibusq̄ȝ eorū benigniorē affatū: docēdiq̄ȝ aditum ſpondeat benigniſſimū: vt ſic nō ſolū puerorū corda permolliat. verūetiā parentum pecuniā extrahat: famāq̄ȝ efferat. ſchole vero iura regaliter defendet. ordine docendi prius edocto tuteatur.

¶ Puerisq̄ȝ vultū prio. In hac parte poſt documēta generalia: documēta ſpālia ponit. Et diuidit. nā prio docet quō magiſter ſe habebit erga ſcholares correctiōi ſubditos: ſecundo quō circa alios ibi. Cū autē habuerit. ⁊c. itē primo oſidit quō ſe habeat corā nouellis ⁊ paruis. ſecundo quō coraȝ adultis. ibi. Eiſdēq̄ȝ aliquantū adultis. ⁊c. Et primo dicit q: cum magiſter in alienis partibus curaȝ regiminis ſuſceperit. dȝ prebere primo ⁊ principalr pueris ſupple informandis. vultū benignū parentibus aūt eoruȝ affatuȝ benigniorē. atq̄ȝ ſuadeat. ideſt promittat tā pueris q̄ȝ parentibus adituȝ ideſt introituȝ docēdi benigniſſimuȝ. ⁊ hoc iō vt non ſolū permolliat. ideſt mollificet atq̄ȝ molliēdo ad ſe attrahat corda pueroꝝ: veruȝ pro ſed extrahet ēt pecuniā parētū ſupple qua neceſſitati ſue mederi valeat. atq̄ȝ efferat. i. deportet famā. ſupple redolentē ex hoc. i. ex hac ſua benignitate. Silr autē cuȝ hec oīa geruntur defendat nihilominus regaliter. ſ. viriliter iura ſchole. ⁊ hoc ordine. i. mō docendi edocto. i. demonſtrato prius. i. in prioribus. ¶ Notanduȝ licet magiſtroꝝ benignitas tā erga diſcipulos q̄ȝ eorū parentes maximuȝ preſtet attētiōis atq̄ȝ beniuolētie diſcipuloꝝ icremētū vt colligitur ex canone hoc hȝ. 16. di. ⁊ ſilr decretali humilis de maio. ⁊ obe. tū talis benignitas ſic moderari dȝ q: ex hec regēdi auctoritas nō frangatur. q: prout dicit Augu. in canone qñ. 86. di. dū nimiū ſeruat humilitas regendi frāgitur auctoritas. ⁊ inde bene boe. poſt benignitatis āmonitionē ſubiecit. ſchole vero iura. ⁊c. q. d. cū hec gerunt nihilomin⁹ ſchole iura manuteneāt. ⁊ h d nouellis dcā ſūt.

¶ Eiſdē ēt aliquātulū adultis rigidū ſe exhibeat. ipſoꝝq̄ȝ oia ad recte loquēdū cōponat. digitoſq̄ȝ ad ſcribendū cōſtringat: ad legendū oio cōformet rigore iuſtitie comitāte vt ſic nō ſolū in doctrina verūetiā in facetia cōueniat: ludēdiq̄ȝ ſpaciuȝ tempeſtiue concedat. docendiq̄ȝ beneficia nullo caſu ſubtrahat.

¶ Eiſdēq̄ȝ aliquātulū adultis. In hac parte boe. oſtēdit quō magiſter ſe hēre dȝ erga diſcipulos iā adultos. ⁊ duo facit nā pmo facit qd dictū ē circa adultos dociles. ſcdo circa rebelles ibi. Si vero. ⁊ dicit q: ſi magiſter hūerit diſcipulos iaȝ pene adultos: tunc exhibeat ſe eiſdeȝ adultis rigidū quēadmodū de rigore ſupra dictum eſt. atq̄ȝ cōponat. i. ordinet oia eoruȝ. ſ. adultoꝝ ad loquenduȝ recte. id eſt cōgrue quo ad grāmaticam ⁊ ornate quo ad rethoricā atq̄ȝ cōſtringat. i. diſponat digitos eoꝝ ad ſcribēduȝ. atq̄ȝ cōformet eos oio ad legenduȝ: ⁊ hoc dico cōcomitante rigore iuſtitie. ſ. ſcholaſtice. ⁊ rōne q: oīa hec ſic fieri debeant ⁊ ſpecialiter hui⁹ cuȝ dicit rigore iuſticie. ⁊c. ſubiungit dicēs. hec iō fieri dēt vt ſcholares ipſi pficiāt nō ſolū i doctria ſȝ ēt in facetia h ē morib⁹ atq̄ȝ virtutibus. ⁊ ſubdit Magiſter ēt cōcedat tēpeſtiue. i. tpe debito ſcholarib⁹ ſpaciū ſatis ꝯpetēs ludēdi atq̄ȝ ſicut nullo mō eis abſtrahat beneficiū docēdi. ¶ Nō. nō ſolū ſcholares ipſi in doctrinis ⁊ diſciplinis erudiēdi ſūt ſȝ q̄ȝ i facetiiſ morib⁹ atq̄ȝ vtutib⁹ ſūmis niſib⁹ iſtruēdi. qm̄ ſi ſolū i doctrinis pficiant ⁊ morib⁹ deficiāt. certe nullo mō pfeciſſe dr. q. n. pficit in ſciētiis atq̄ȝ deficit i morib⁹ plus defeciſſe q̄ȝ pfeciſſe pbibetur. quia paul⁹ aplſ ad eph. vi. inqt. Educate illos. ſ. iuuenes i diſciplia. ⁊ adiūxit. ⁊ correctiōe dñi. ⁊ Ec. 7. ⁊c giſtri ſui. pcio lqt vt puulos q̄s doces morib⁹ erudias. ⁊c. ⁊ illd apte iſinuās boe. di. rigore iuſtitie comitāte. ⁊c.

¶ Si vero cōtumacē ſuperbūq̄ȝ inuenerit. dulciter caſtiget exemplaq̄ȝ morū pponat quibus reprimatur. alioquin preantuȝ aſſenſu virgis affligetur. vt ſic ad vnguem caſtigatus euadat vel deſperatus in ignominiam cadat.

¶ Si vero cõtumacẽ ſup. ⁊c. Hic oñdit boeti. qñ õ magi
ſter ſe hr̃e dʒ circa rebelleſ ⁊ dicit q̈ ſi magiſter iueñiat quẽ
.i. aliquẽ cõtumacẽ vel ſuperbū: ipſũ dulciter caſtiget. h̃
eſt verbis dulcibꝰ ⁊ exorabilibꝰ ad bonū corrigat atq̈ in
crepet ipſum. exempla pponat q̃bus a ſua contumacia at
q̈ ſuperbia reprimat. q̈ ſi nullo mõ verbis ac mõitis cha
ritatis ⁊ dulcibꝰ illr ⁊ exẽplis mime corrigi valeat. affligat
ideſt corripiat virgis ⁊ verberibꝰ. ⁊ h̃ dico fiat cū aſſenſu
parentū. ⁊ rõnẽ ſubdẽs inquit. vt ſic ſupple ille cõtumax
euadat caſtigatus ad vnguẽ. i. ad pfectionẽ ne cadat oĩo i
ignominiā. i. infamiā quaſi deſperatꝰ. ¶ Notandū q̈
magiſter circa cõtumaces diſcipulos more prudẽtis medi
ci vti dʒ. Medicus. n. in curandis morbus prio medici
nas miniſtrat faciles ne patiẽs medicinis fortibus traha
tur in horrorẽ. ⁊ vt p lenitatẽ medicaminis potiõibus ſalu
bribus aſſueſcat. ſic q̈ magiſter prio rebelles verbis agat
dulcibus vt dulcedine correctiõis allecti a morbo rebellio
nis deſiſtant q̈ ſi h̃ia minime rectabi valeant acriori medi
camine eſt vtendum. ſ. virgarū ceſſione. eligetur q̈ hec poti
ne ſit vnū mẽbrū putridū ne inciſū totius corporis i
pediat ſanitatẽ. ſic neq̈ ſcholaris cõtumacis rebellio igno
minie prebeat deſperationem.

¶ Cũ aũt magiſtrãtis dilectio etate infrigidatoſ
ſtatualeſque planeticos ſcholaſtici introitus ha-
buerit participes. ſi correctiõis lima apud eos vti
nequiuerit. ſenio cõfectis arridendũ eſt ſtatualibꝰ
ingemiſcendũ. planeticiſq̈ fauoris ſimulachro ẽ
cõgaudendũ. calamiſtratos cirris hirſutis purat
fuco q̈ pfuſos lachrymis irrigãtibus gullá pfun-
dat. Molleſq̈ caute eiiciat ne mentis ſue reatum
cõmoti participent.

¶ Cũ autẽ habuerit. ⁊c. In hac pte boe. poſtq̃ documẽ
tū pmiſerat quõ magr̃ ſe hr̃e dʒ circa illos diſcipulos q
ſunt correctiõi ſubmiſſi. h̃ facit idẽ circa eos q ex correctio
nis limā penitꝰ repenunt vti ſunt ſenes ſtatuales plane
tici ⁊ alii. ⁊ põit plã breuia documẽta ſʒ pl̃alitatẽ ⁊ diuer
ſitatē oiū horū diſcipulorū. ⁊ dicit cū dilectio magiſtran
tis habuerit etate infrigidatas h̃ ẽ ſenes ſtatuales. i. beſtia
les ⁊ rudes ingẽio vel pp vel planeticos. i. errabundos. ⁊ h̃
dico oẽs ſcholaſtici introitꝰ participes: qd agendū inq̃
ſi magr̃ nequeat vt lima. i. rigore correctionis apud eos h̃
mõ agendū eſt vt ſeqr̃. Arridẽdū. n. ideſt fauendū ſenio
cõfectis. ideſt ſenibus atq̈ ingemiſcendū eſt. ideſt cõdo
lendū ppter ingenii ruditatẽ ſtatualibus. ideſt rudibus.
planeticis vero. ideſt vagabundis cõgaudendum eſt ſimu
lacro. i. ſimilitudo ⁊ exẽplorū adductiõibus. ⁊ ſiq laſciui af
fuerint vt calamiſtrati fugati atq̈ molles: tunc perurat. i.
caſtiget vicium eorū penitus perurendo calamiſtratos exi
ſtentes hirſutis cirris. i. criſpatis capillis. atq̈ pfundat p
fuſcos fuco illo colore ficto lachrymis irrigantibus gulã
eorū hoc ẽ tantũ eos caſtiget vt in lachrymas puocet que
gulā ſuã ſucco pfuſā lachrymis fringant. Molles autẽ
ideſt laſciuos ⁊ luxurioſos eiiciat caute a cõſortio reliquo
rū ⁊ h̃ alii cõmoti ſupple ſuo laxu participẽt reatū: ideſt
viciū ſue mẽtis. Notandū ſicuti ſe hʒ informatio ad in
formandū ſic ſe hʒ correctio ad corrigẽdū. ſʒ alii ⁊ alii in
formandi ſʒm diuerſitatẽ morū aliā ⁊ aliam reqrunt infor
mationẽ. alr̃ enim informant capaces alr̃ incapaces. ſ. aliter
iuuenes. alr̃ ſenes. aliter q̈ hi. aliter q̈ alii q ẽt p locũ a ſili
alii ⁊ alii corrigẽdi aliam ⁊ aliã reqrunt correctionẽ. non
. n. teneres acriter neq̈ fortes tenerrime corrigẽdi ſunt. ſʒ
qlibet ſʒm ſue cõditiõis gradū correctionẽ recipe dʒ. ſeneſ
q arridẽdi ſunt nõ qdẽ laudandi ſed ſub adulatiõe. qdam
increpandi. rudibꝰ q̈ cõdolendum eſt cum tali mõ rudes
ſint vt eis preſus nulla diſcipline medela valeat ſuffragari
planetici autẽ exẽplis ammonẽdi ſunt vt exemplorū cõti-
nua maſticatiõe ad cõſuetudinẽ ptrahant. ⁊ ſic reliqs ſua ma
nerie put defectus cuiuſlibet exigit diuerſitas diuerſo me
dicamine ſubueniat. Itẽ ſtatualis. i. rudis ⁊ a ſtatus nomẽ
cepit. ſicut. n. ſtatus ſp recte ſtat. ⁊ difficile flecti põt. ſic
q̈ rudes niſi magna adhibeat induſtria informari neque
unt. Itẽ planeticus. i. vagabundus ⁊ errans ⁊ nomẽ ſũ
pſit a planeta qd errantem ſonat. A planeta. n. planeticus
⁊ planetatis. Itẽ cirrus plicatura capillorū eſt in anteriori
capitis pte. Et dr̃ a cirrim. i. tõdere. Inde cirritꝰ. i. criniꝰ
vñ eſt hõ cirritus qui cirrum vertice portat.

¶ Animaduertendũ eſt etiã q̈ quorū erogatiõe
laborioſū delinitur certamen. in illis doctrinaliſ
cõprobetur effectꝰ. rerū nãq̈ effectꝰ exhibitiõe ope
ris declaratur. Ordine aũt cõpetenti viciſſim ſũt
cõuocãdi vt fideli ſcrutinio pateat quid ſubmini
ſtrãtiū labor diurnꝰ erogauerit. Subminiſtran
tiū labor. n. cure nõ ſemper eſt cõfidendũ. qm̃ illo
rũ cupiditas fractis aſſibus plerũq̈ pmollitur aut
ſpe defraudata tepeſcit fidelitas. aut vt videãtur
fideles crudeſcit ptãs. Sicuti vero paupertati felici
miſericorditer deſeruiendũ eſt ſic nõ minus ipſius
eruditiõibus attentius eſt inſiſtendum.

¶ Animaduertendum eſt etiam q̈ quorum. Poſtq̃ boe
tius in precedentibus docuit magiſtrum qualiter ſe habẽ
re debeat erga ſcholares ⁊ hoc quantū in ſe eſt. In hac
parte cõſequenter facit hoc idẽ ⁊ hõ inquantū in vicedo
ctore eſt. Et diuidit̃ hec pars in tres partes. nã primo põ
nit ſuum documentum. ſcdõ docet modum perquirere ⁊ i
uenire ſi doctor bene egerit circa pueros. tertio probat. q̈r
to confirmat. ſcda ibi. Rerū nãq̈. tertia ibi. Ordine autē
quarta ibi. Subminiſtratũ. ⁊ dicit aduertendum ẽt eſt q̈
effectus doctrinalis. ideſt doctrine cõprobet̃ in illis. ſ. vi-
cedoctoribus quorū. ſ. vicedoctoribus quorū. ſ. vicedocto-
rũ erogatiõe. i. oſtẽſione adminiſtratione ⁊ ſubſidio labo
rioſū certamẽ. i. exercitium ſcholaſticū delinitur. i. per-
mollit̃. q. d. perſpiciendum etiam eſt quomõ vicedoctoreſ
vt ſunt baccalarii ⁊ alii vicemagiſtri gerentes ſe hẽant er
ga pueros ſi eos probe informent aut ſicco pede ptranſe-
ant. qm̃ quocũq̈ mõ ſe geſſerint hoc finis opis oñdet. re
rũ namq̈ effectus declarat̃. ideſt manifeſtat̃ operis exhi
bitione. ⁊ dans modũ quõ i cognitione horum deueniant
inquit ſcholares ipſi omnes quotquot ſunt: ſunt conuocã
di ſubaudi ⁊ examinandi viciſſim. i. vicibus alteriꝰ ⁊ hoc
ordine cõpetẽti: ideſt decenti vt pateat. i. innoteſcat fideli
ſcrutinio. i. inquiſitione quid labor diurnuſ ſubminiſtran
tium. i. vicedoctorū erogauerit. i. docuerit eos. qm̃ non eſt
cõfidendū ſemper cure ſubminiſtrantium. ⁊ totum põit
qm̃ cupiditas. i. auaritia illorū demollitur. plerumque aſ-
ſibus. i. obolis fractis vel ab effectu q: aſſes illi ſubmini-
ſtrantiũ frãgũt cõſtãtiã. vl' q: fracti ſũt ⁊c. aut fidelitas horū
plerũq̈ tepeſcit dfraudata ſpe. ſ. lucri vl' ẽt ptãs eorū crude
ſcit ſepiꝰ ⁊ h̃ vt fideles magr̃o videãt̃ ſua nimia crudelita
te. ¶ No. tria ſunt pp que nõ eſt in collaborantibus cõfi
dendũ. ſ. auaritia. fruſtratio. ſpei ⁊ nimia crudelitas. Aua
ricia. n. ſeducit pueros nõ corrigũt fruſtratiõe ſpei paupe
res deſpiciũt qm̃ nullā mercedẽ cõſeq ſperant. Crudeli
tatẽ ãt mẽtes diſcipulorū obſtupeſcũt: nõ ſit ḡ vicem magi
ſtri gerẽs nũmorū cupidꝰ neq̈ ſit i docẽdo paupes piger.
qm̃ vt i lr̃a legĩ ſicuti ẽ dferẽdum. i. dandum miſericorditer
felici paupertati. i. illi q nõ eſt iſecta malꝭ vitibꝰ ſic q̈ eo minꝰ
ẽ iſiſtẽdum attẽtiꝰ paupis eruditiõi: exercet̃. n. in h̃ duplex
miſericordie opꝰ vnum qdem corpale q̈ ẽ bonorū erogatio.
Aliõ ſpũale. ſ. ſalubris eruditio. Itẽ ſcrutiniũ i ſuperioribuſ
expoſitũ ẽ. Itẽ as aſſis plã ſignificat vñ as obolꝰ punctꝰ
podꝰ poſſeſſio tota. h̃ aũt i pposito obolus ẽ. ſic ⁊ i euan
gelio nõne duo paſſeres aſſe veneunt ⁊c.

¶ Cū aūt cena paupior affuerit: cōmenſalibus eſt erogāda facultas: familiarib⁹ cōplicibuſq3 vicinitatis inulte porrigēda. ne familiaris vox ſecreta reuelet detrahendo vel multiplicatis anus prodiga ꝓpinquat anui annectendo. Quid autem anu conſcia futilius.

¶ Cū aūt cena. ꝛc. Poſtq̄3 hec documēta ꝑmiſerat qb⁹ modū atq3 normā magiſtris tradidit quō ſe erga diſcipulos ſuos hēre dbeāt. nūc facit h idē circa alios a ſuis diſcipulis. Et diuidit h ps in duas ptes. nā ꝑmo ponit vnum documētū. ſcd̄o aliud ibi. Proterua. tertio terciū ibi. Cauēdn3. Pria adhuc i duas. nā ꝑmo pōit documētū. ſcd̄o cāз documēti ſubiūgit ibi. Ne familiaris vox. Et ponēs documētū dicit cū magr̄ ipe cena nō habūdauerit ſed ſibi cena paupior. i. tenuior extiterit vt aliqd elargiēdū ꝛ erogādū pietatiſ ituitu diſpoſuerit. ſolūmō facultaſ ipa ē erogāda ꝯmeſſatiōib⁹ ꝛ ſcholarib⁹ ſecū ꝯmorātib⁹. familiarib⁹ vō ꝯplicib⁹ vicinis ſiqd erogādū ſit. illō eſt inite porrigendū. ꝛ h iō ne vox. ꝛc. Et in h reddit cāз documēti. ꝛ diuidit h3 duas cās. ſcd̄a ibi. Vel multiplicitatis. Et dicit h iō fieri d3 ſubaudi queādmodu3 ꝑmiſim⁹. ne vox familiaris ſup. vicini reuelet ſecreta ſup. paupṫatis magr̄i. ꝛ h ſibi v̄bis maleficis detrahēdo: vel ēt iō ne anus. i. vetula cui forte erogat extūs ꝓdiga. i. ſupfluc larga multiplicitatis ſup. v̄bor ꝛ mēdacii ꝓpiet. i. det. ſup. ſibi erogatū anui. i. alteri vetule. ꝛ h annectēdo ſup. multiplicitati ꝛ mēdacio. ipſa. n. anu ꝯſcia domeſtice pauptatis magr̄i nihil futili⁹. i. vani⁹ loq̄tius ꝛ v̄bor ſupflui⁹ repiri pōt: q̄re dicit qd. n. vt in lr̄a. ¶ Notādū circa h q̄ dr̄ ne familiaria bn̄ficia q̄ plerūq3 gratis dant ꝛ pietatis obtētu elargiāt plerunq3 ēt in venenū ꝛ opprobriu3 mutant. ſunt. n. q bn̄ficia accipiūt ꝛ indigētie cōferēnū attribuūt. nā penes ſe dicūt iō is dedit q2 me eget vel idigebat. nouit. n. aut aliq̄ ſibi ꝓficere poſſe aut mee familie ſperat obſequiū: dicūt ēt plura bn̄ficia ꝛ erogationes ſibi fieri fraudis ſub ꝑtextu. Vniſu3 alii dona cū receperūt minime recognoſcunt. verūtn̄ ſapiēs ꝛ bon⁹ datū cōmēdat q̄ztūcunq3 ēt fuerit cōmēdat inquā atq3 aſſidua cōmemoratiōe delectat: q̄ de re ꝓſpiciēdū maxie cui eroget. Eroget ḡ poti⁹ domeſticis q̄3 familiaribus vicinis ne p extranea bn̄ficia intranea egeſtas in publicum deuoluet. Item anus antiqua vetula dr̄ quaſi multos hn̄s annos. vel dr̄ ab a ꝛ nus. i. ſenſus q̄ſi ſine ſēſu. ꝛ corripit a vū pāphile tolle manus iāq3 redibit anus dr̄ ēt poſterior ps corpis ꝛ tūc ꝓducit ut in v̄ſu. dūſe curuat anus retro ſibi ſibilat anus. Itē futile ē quod cito ꝛ facile decurrit ꝛ di itur quod nihil poteſt retinere ꝛ hinc facta tranſlatione futilis dicitur homo vanus ſuperfluus loquax qui nihil velare ꝛ celare poteſt vnde futile vas illud quod nulla receptio claudit. ſic homo futilis eſt diuulgans omne quod audit.

¶ Proterua in minimis procul abſit rapacitas ꝛ fame nouerca ꝛ adunca tenacitas.

¶ Proterua in minimis abſit procul. Hic ponit aliud documentum quo auariciam magiſtri diſſuader atque tenacitatem. ꝛ dicit rapacitas. ideſt auaricia proterua. ideſt crudelis abſit procul in minimis. ſupple rebus. quaſi dicat ꝛ etiam in maximis per illam topicaз. Si illud quod minus ꝛ illud quod magis ꝛ hoc de auaritia. ꝛ ſequitur abſit etiam adunca. ideſt curua ꝛ pene inflexibilis tenacitas exiſtēs nouerca. ideſt inimica fame. Item ſicuti a quolibet ſic ꝛ a magiſtro inter cetera mala hoc vicium rapacitatis fugiendum eſt. lucrum nempe illicitum eſt quia iniuſte poſſidetur ꝛ quoniam iniuſte acquiſitum ideo iniuſte deperditur. hinc tullius in philippica. ꝛ. Male iquit parta male dilabuntur. Nempe difficile eſt vt quis ex rapacitate proſpereтur. Si quis enim ſuis diebus gaudere videatur hiis que rapuit. eius tamen proſperitas aut non erit diuturna aut in ſucceſſoribus non durabit. iuxta illō Senece ad lucillium. Nulli inquit cui rapina feliciter ceſſit. gaudium rapti durat in poſteris. nec mirū. q2 nullum violentum perpetuum. Abſit ergo a magiſtro rapacitaſ q̄ non eſt niſi cupiditas quedam atque rerum tam magnarū q̄3 paruarum ingenioſa expoliatio. Item de tenacitate ſupra iam ſatis dictum eſt.

¶ Cauendū eſt ēt ne puerorū3 pulueri feculento pluſquā triēnio ibide3 alludat. l3 maxima comitū gaze ve affuerit affluentia: conſiderataq3 amoris opulētia. niſi honoris promotio vigeat in amore vel facultatum elatio in honore.

¶ Cauendum eſt etiam ne puc. Hoc eſt tertium documētum huius partis quod eſt de mora magiſtri extra ſuā patriam. Et dicit q̄ magiſtro ipſo extra patriam ſuam regimini ſcolaſtico incumbente cauendū eſt etiam ne magiſter ipſe extra ſuam patriam degens alludat pulueri. ideſt labori feculento. ideſt fece pleno eorum ſupple que dicta ſūt. ſ. ſcholaſtico regimini. alludat inquā pluſquam triennio non obſtante q̄ confluentia. ideſt habundantia maxima gaze ſupple ꝛ lucri ꝛ comitum. ideſt ſcholariu3 affuerit affluentia inquam federata. ideſt copulata opulentia. ideſt cum abundantia amoris. alia littera habet ꝯſiderati amoris ſed in idem redit. q̄ niſi. ideſt excepto illo ſi promotio in maiore vigeat. ideſt niſi ſpectet ad maiora promoueat vel certe elatio facultatum. ideſt diuinarum ꝛ lucri vigeat in honore. quaſi dicat tunc enim cōmorandum eſt cū maiora premia expectentur. Item puluis dicitur quod vi⁹ ſti tollitur. Inde ꝛ puluerem pro labore plerūque accipimus. Vnde virgilius in quadam egloga. Quid iuuat eſtiuo defeſſum puluere abeſſe. Quam potius bibulo decubuiſſe thoro. ꝛ Oratius. Sunt quos curriculo puluerem olimpicum collegiſſe iuuat. licet forte alia ibi interpretet maueric. item feculent⁹ a fece dicitur. ideſt fetidus vel plenus fece. lentus. n. ſepius plenum ſignificat ſicut oſus.

¶ Cum autez ob dulcoris patrie delitias parentumque venerabiles aſpectus regendi curam qs acceperit in natalis ſolis confinio. pompoſo affatu inſiſtendum eſt. caute ſplendideque procurationi viciſſim eſt arridendum. veſtiumque varietate gaudendum quoniaз veſtis pollimite venuſtaa annulorumque inſignia. multos aliud quam veritas exigit cogunt obtinere. ornatus fauor: affatuſque lepos. quam plurimos comparatos ſenſu erroneo homerum excedere viſu compellunt: ordine tamen docendi pretaxato diligēter obſeruato.

¶ Cum autem ob diui ꝛc. Poſtquam auctor in hoc vltimo capitulo oſtendit qualiter magiſtri regentis ſcholas in duabus vrbibus ſolēnioribus vti eſt athenis ꝛ rome ſimiliter quoq3 in locis hiis adiacentibus extra tamen ſuaз patriam exiſtentibus ſe gerere debeant tam quo ad ſe q̄3 quo ad ſcholares ꝛ ad alios a ſuis ſcholaribus diſtinctos. nunc conſequenter in hac finali parte totius operis determinat quomodo magiſtri in patria ſua curam docēdi diſcipulos ſuſcipientes ſe debeant gubernare. Et diuiditur hec pars in duas partes. nam primo ponit documentum quedam ipſum regulantia quo ad mores componendos. ſecundo quo ad vicia fugienda. ſecunda ibi. Jocorum. Prima adhuc in duas. nam primo facit quod dictum eſt. ſecundo cauſam documentoru3 ſubnectit ibi. Quoniam polimite. ꝛ primo documentum ponens dicit. cum quis magiſtrorum ſuſceperit curam regendi ſcholas in confinio natalis ſoli. ideſt territorio tum ob delicias dulcoris patrie. tum etiaз ob venerabiles aſpectus parentum inſiſtendum eſt. ideſt vacandū eſt ſubaudi ipſi ma

giſtro pompoſo .ideſt ſuperbo non ea ſuperbia que vicio
cõmaculata eſt ſed pompoſo.ideſt pleno pompa philoſo-
phica.affatui.ideſt elloquio ⁊ ſermoni.qꝫ pro ⁊.ſimiliter
arridendum eſt caute ſplendideqꝫ procurationi ſubaudi ci
borum ⁊ victualium reliquorum ⁊ hoc dico viciſſim.non
quidem de ſingulo ſed cum tempus expoſtulet aut faculta
te permittatur.qꝫ pro ⁊.gaudendum eſt ipſa varietate ve-
ſtium ſupple ⁊ aliis ornatibus decentibus vti ſunt annuli
⁊ birr ⁊ ſimilia que honor magiſtralis requirit.Et cauſaꝫ
huius ſubdens de varietate veſtium dicit.⁊ hoc ideo quo
niam venuſtas.ideſt decentia veſtis polimite.ideſt ornate.
qꝫ pro ⁊.inſignia.ideſt glorioſa ornamenta anulorũ ⁊ alio
rum redimiculorum cogunt multos obtinere aliud qꝫ ve-
ritas ipſa intrinſeca exigat ⁊ requirat.Quoniam vir bene
veſtitus in veſtibus eſſe peritus.Creditur a mille quãuis
ideota ſit ille.Et annectens cauſam aliam hoc ipſum dicit
ornatus etiam ⁊ fauor qꝫ pro ⁊.lepos.ideſt facetia affatus
⁊ colloquii compellunt ſupple plerunqꝫ excedere.ideſt pre
cellere viſu ⁊ apparentia multos ſupple tales ⁊ taliter ve-
ſtibus fauore ⁊ facetia colloquii inſignitos multos,dico cõ
paratos ſenſu erroneo ſubaudi ob fictam decentiam.ho-
merum illum poetam grecuꝫ.quaſi dicat ornatus veſtimẽ
torum atqꝫ reliqua ſupradicta ſepius faciunt magiſtrum
eſtimari homero ſapientiorem ⁊ peritiorem quamuis ita
in rei veritate non exiſtat.¶ Notanduꝫ qꝫ cuilibet patria
ſua dulcoroſa eſt quoniam locus generalis cuilibet eſt con
ſeruatiuum principium quemadmodum pater principium
productiuum exiſtit.vt atteſtatur Porphirius Iſagogi-
cus cum inquit.Eſt enim patria principium generationiſ
quemadmodum ⁊ pater.In ipſa nempe virtus celeſtialis
nato vigorem influit atqꝫ ipſum ineſſe conſeruat veluti lo
cus ſuum locatũ eſt ergo dulcoroſa cuilibet ſua patria ob
loci naturalis conſeruantiam.ſimiliterquoqꝫ dulcoroſa ẽ
ob parentum reuerentiam que quidem primum in pro-
miſſione mandata eſt.vt patet exodi.xx.cum dicitur.ho-
nora patrem tuum ⁊ matrem tuam vt bene ſit tibi: affert
enim parentum reuerentia vite longeuitatem atque bono
rum temporalium affluentiam habundantem.Item poli
mitus polimita polimitum.adiectiue ſumitur.vel etiam
polimite veſtis eſt multorum colorum ⁊ dicitur a rotundi
tate quod eſt polus.quia veſtis illa rotunda eſt.⁊ poteſt
capi in propoſito vtroque ſignificato.Item venuſtus.id
eſt decens.⁊ dicitur a venus.Papias vero dicit venu-
ſtus.ideſt ſapiens ornatus:modeſtus.facetus.formoſus.
inde venuſtas facetia eſt ⁊ formoſitas.

¶ Jocorum quoque damnoſa libido attentius
ablata ſit: vt quod raro contingit prouincialis
honor famam efferat in titulo commendationẽ.
Quanto magis vero venuſtatis titulus ſurrexe-
rit tanto magis ſubditorum inſiſtendum eſt fa-
uori:vt quod proprii oris nequit efferri tumulti-
bus.ipſorum tempeſtiuis erogetur affatibus: vt
non proprie facultatis acumine commendabi-
lis inſpectetur.

¶ Jocorum quoque damnoſa.⁊c.In hac parte Boetius
poſt predicta ponit documenta magiſtros regulantia quo
ad viciorum fugam.Et diuiditur hec pars in duas par-
tes ſecundum duo documenta que ponit.ſecunda ibi.Cũ
autem.Primo põit vnum documentum quod eſt de eui-
tatione iocorum illicitorum.ſecundo cauſam documenti
ſubiungit ibi.Ut quod oris.⁊c.Et dicit primo qꝫ damno
ſa libido.ideſt cupiditas iocorum ſit ablata ſubaudi a ma
giſtro attentius ⁊ hoc ideo vt honor prouicialis.ideſt ho
minum prouincialium ⁊ patrie eefferat.ideſt extollat fa-
mam ſupple magiſtri in commendationem tituli.ideſt ho
noris quod tamen raro contingit.quoniam nemo acce-
ptus in patria eſt neque propheta vt dicitur in euangelio
⁊ ſequitur.⁊ quantomagis titulus.ideſt laus ⁊ honor ve-
nuſtatis ⁊ nobilitatis ſurrexerit.ideſt excreuerit tantoma-
gis eſt inſiſtendum.ideſt uacandum fauori ſubiectorum.
ideſt ſcholarium.Et cauſam documenti aſſignãs dicit hec
omnia ideo fieri congruum eſt vt quod.ideſt que laus ne-
quit proferri ſubaudi ob preſentis verecundiam cum pro
pria laus ſordeat.proferri in quam tumultibus.ideſt ver-
bis tumultuoſis.opprobrioſis.illud ſaltem erogetur ⁊ pro
palletur affatibus tempeſtiuis eorum ſcilicet ſubditorum.
vt ſic magiſter ipſe non ſolum morum dulcedine ſed ⁊ fa-
cultatis.ideſt ſcientiarum acumine.ideſt excellentia ſpecte
tur ⁊ miretur.¶ Notandum magiſtri in uacalibus com
morantibus locis ſummopere a luſorum conſortio ſe ab-
ſtinere debent propter multas viliſſimas conditiones qui
bus quilibet luſor aſtringitur.Prima eſt deſiderium lu-
crandi quod ex cupiditate procedit que radix omnium vi
ciorum eſt.primo ad thimotheum ſexto.Secunda ſpolia
re proximum quod rapina eſt.Tertia blaſphemare deuꝫ
quod eſt turpiſſimum.Quarta periurare.quo eccleſia cõ
temnitur.Quinta valde mentiri quo ſcãdalizatur proxi-
mus.Sexta furari quod in ſpendium ſequitur.Septima
iraſci quod plerumque homicidium ſequitur.Octaua ſo
lemnitas non colere.quare ⁊ merito lapidandi eſſent luſo
res ſicuti qui colligebant ligna in ſabato.Nona eſt amiſ-
ſio bonorum omnium.quas ob res bone inquiſitionis ma
giſter qui famam bonam ⁊ honores ſuos promulgare de
ſiderant ludorum inhoneſta rem rabiemque deuitet quo-
niam nihil eſt quod hominem tam dehoneſtat qꝫ ludorum
inhoneſtas.Alee enim ludus vt in policrato libro primo.
ſcribitur omnium malorum mater eſt.Deuitetetur ergo
tam alee qꝫ ceterorum ludorum enormitas exemplo Chi
lonis lacedemonii.hic enim ſocietatis iungende cauſa miſ
ſus in corinthum duces ⁊ ſeniores populi ludentes inue-
nit in alea.infecto itaque negocio reuerſus eſt dicẽs ſe nol
le ſpartorum gloriam quorum conſtructio bizantio clare
ſcebat hac maculare infamia vt diceretur cum aleatori-
bus ſocietatem contraxiſſe preclare quoque vt refertur re-
ferebat Temiſtodes magiſtratus ⁊ ludis ⁊ quibuſcunque
leuioribus arcendos fore ne reſpublica ludere videatur.
defectumque ſui relicta grauitate pronunciet.hec ille.

¶ Cum autem tam morum quam facultatis in
publicum euenerit commendatio.cauendum
eſt ne inceſtus caput obſtipet.adulterium ora cõ
fundat.illiciteque malignitatis fetor famam bo
nam denigret.ne roſe vernum emittentes odo-
rem videantur expirare.⁊ lilia ſudore caſtitatis
queſita decreſcere videantur.

¶ Cum autem tam morum.Hic ponit ſecundum docu
mentum in quo inuitat Boetius magiſtros ipſos ad fu-
gam luxurie ſummis viribus amplexandam.Et diuidi-
tur hec pars in tres partes.nam primo documentum po
nit.ſecundo cauſam documenti reddit.tertio omnia ita
exemplo confirmat.ſecunda ibi.Ne roſe.tertia ibi.Ve-
nerabilis Catonis.Et primo documentum ponẽs di-
cit.cum commendatio.ideſt laudatio ⁊ honoratio tam
morum quam facultatis magiſtri in publicum.ideſt in
publicam famam euenerit conſiderandum eſt ⁊ firmius
cauendum ne inceſtus.ideſt luxuria vel fornicatio caput
eius obſtipet.ideſt circundet ⁊ inclinet.⁊ etiam ne adul-
terium ora ſua confundat.ſinodoche eſt pars pro toto po
ſito.que pro ⁊.ne fetor vicium illiciteque fetor malignit-
tatis denigret ⁊ etiam obfuſcet famam ſubaudi magnis

laboribus cõquiſitaʒ. Et rõneʒ reddens hoꝝ dicit. hec iõ
cõſideranda ſunt ne roſe.i.ipſa bona ſama.emittẽtes odo
reʒ vernuʒ.i.vernaleʒ ⁊ ſuauẽ videanṫ expirare. ⁊ ẽt ne li-
lia caſtitatis.i.que liliis merito comparãtur queſita ſudo
re.i.labore. videantur decreſcere ſupple a ſua pulchritudi
ne.q.d.ne ipſa bona fama redolere deſiſtat. ¶ No. hoc.
attendens inter alia dicta que habent bonã ſamaʒ tollere
ac ẽt denigrare ipſa luxuria eſt. Pro tanto vere ſapientie
magiſtrũ ꝑ hoc documentuʒ viciuʒ hoc euitare docet ⁊ fa
maʒ bonam retinere qᵭ faciliter adimplere valebit ſi con
ſilio ſapie voluerit adherere. vñ ipſa ſapia cõtra viciũ hoc
⁊ reliqua vicia dicit illud ſapie. 7. venerũt mihi omnia pa
riter cum illa ⁊ innumerabilis honeſtas per manus illius
quod ⁊ cato attendens inquit. Luxuriã fugito ⁊c. ⁊ ſequi-
tur in fine ſecundi verſus. nam ſunt contraria fame. con-
traria in quã quod nõ ſoluʒ verbis ſed exemplo clariſſimũ
eſt nũquid enim voluſceutiuʒ vrbs clariſſima opulẽta legi
bus ⁊ m ribus ordinata. vt refert Ualerius li. 9. c. i. poſt
quã in luxuriã ꝓlapſa eſt in iniuriam ⁊ turpitudinẽ deci-
dit vt ſeruoꝝ inſolentiſſime ſubiaceret dominationi. ſic ⁊
imperium romanum. vti policrates. lib. 6. c. ii. refert luxu
⁊ libidine exhauſtum eſt nerone regnante. quid ergo hoc
vicio fedius. quid dãnoſius: quo virtus atteritur victorie
alangueſcunt. ſopita gloria in inſaniam cõuertitur. facieſ-
que honeſtatis denigrantur. Item inceſtus. i. incaſt⁹ qui
cum monali conſanguinea vel virgine cõcubuit eſt. n. coi
tus illicitus. Sed adulteriũ quaſi ad alterius thoruʒ acceſ
ſus eſt. n. vt inquit magiſter quarto ſententiarum illicitus
coitus cum maritata. Sed ſtuprum ẽ deflo ratio virginis
illicita. Fornicatio cõis ad hec omnia. fit tamen ſpeciali-
ter cum ſoluta vidua vel meretrice.

¶ Uenerabilis cratõis eaffigies ꝓprie facultatis
cõplicibus aliis etiã q cũ vnicꝙ aſpectu attigerãt
meroris cãʒ prebuit ⁊ incrementũ: q caſtoris in di
uerſorio ob eufraſie vxoris ſue delicias obdormi-
uit. amplexãdo repertus eſt. capillis tractus. ver-
bere caſtigatus. vulnere laceratus. ſale fricatus.
vrina ſeruoꝝ pfuſus. angulis eiect⁹. trabibus ere-
ctus. tãdeʒ laſſatis tortoribus genitalibus priuat⁹
ſterquilinio ſuppoſitus: trãſeuntibus expoſit⁹: ple
bis abiectio. diſcipuloꝝ deſolatio. cõmilitonũ op
probriũ crudũqʒ ac crudele: miſeꝝ ac miſerrimũ
cũctis extitit doloris ſpectaculũ. affinitatis grã pa
rentelequʒ gloria in nullo ſibi proficientibus.

¶ Uenerabilis cratõis effigies. In hac pte hoc ſuperi⁹
dicta exẽplo cõfirmat. Et duo facit. nã pmo exẽplũ ponit.
ſecundo circa hoc notabile quoddã ſubiũgit ibi. Licet. n.
⁊ exẽplũ ꝓponens dicit que ⁊ quanta propria ſubſanatio
nes atqʒ blaſphemias ob adulterii incurrebat viciũ vene
rabilis enim effigies. i. imago ⁊ ſucceſſus cratonis illius
magiſtri prebuit cãm meroris atqʒ triſticie incrementum
nedum ꝓprie facultatis. i. artis cõplicibus. i. ſociis veruʒ
etiã aliis qui eũ attingerent vnico reſpectu. q ſcilicet cra-
to cum obdormiret quodã tpe in diuerſorio. i. domo. ca-
ſtoris illius hoĩs quicunqʒ ipſe fuerit. ⁊ hoc ob delicias.
i. adulteriũ. Eufragie vxoris ſue. repertus. i. cõprehenſus
eſt in amplexando. qd vltra. Crato ipſe tractus capillis ca
ſtigatus verbere laceratus. i. laniatus vulnere. ⁊ deinde ſa
le fricatus atqʒ poſtea in augmentum penaꝝ vrina ſeruo-
rum infuſus. ⁊ iterũ eiectus angulis ſupple domus. ere-
ctis trabibus. Tandẽ vero tortoribus ipſuʒ vt premittit
cruciantibus laſſatis ⁊ ſeſſis genitalibus priuatus eſt. ſter
quiliõiqʒ ſuppoſitus. tranſeuntibus expoſitus ſubaudi i
ridenda ſabulã. quibus oĩbus ſic perpetratis extitit ple-
bis abiectio. i. deriſio. ⁊c. vti in lr̃a clarius proſequit. qm̃
lr̃a nulla eget expoſitione. ¶ Notandũ licet mechos atqʒ
adulteros ſimiliter quoqʒ ⁊ alios fornicarios cuiuſcunqʒ
cõditionis exiſtant multa mala iuſto dei iudicio conconit
tantur. hec tamẽ q̃ littera exẽplo enumerat licet nõ plerũ
que cõtingant queadmodũ cratoni euenisse narrant. ſunt
tñ de his que cum adulter in vicio dapꝛehẽdit. ipſi prom
ptius q̃ʒ reliqua infliguntur. ſimilia ſunt que Oratius li
bro primo ſermonum cõnumerat ſatira ſecũda inquit. n.
ipſe hoc modo. Hic precipitem tecto dedit. ille flagel
lis. Ad mortẽ ceſus fugiens. hic decidit arcẽ. Predonuʒ
in turbam dedit hic pro corpore nũmos. Hunc permixe
re calones. quin etiam illud. Accidit vt quidam teſtes cau
damqʒ ſallacem. Demeret ferro iure omnes. ⁊c. hec ille.
Itẽ meror proprie dolor eſt cum ſilentio. ⁊ venit a mereo.
es. quod preterito caret licet mereo. res. ui. inueniatur: ta
men non in eadem ſignificatione. Item diuerſoriũ diuer
ſitas viarum eſt vbi viator ad callem diuertitur. vel locus
remotus ab alio vel receptaculum ſcilicet hoſpicium vel
hoſpitale. Et dicitur a diuerto. vnde in Luca. non erat ei
locus in diuerſorio. ⁊ vt dicit ibi gloſa eſt locus inter du-
os muros habens duas ianuas. vt ſcilicet ex diuerſis ꝑti-
is recipiat aduenientes.

¶ Licet. n. pria qñqʒ ſalua fiãt iudicia: vltima ve
ro alteri⁹ ſaporis inquinamẽta permanebunt. ⁊c.

¶ Licet enim quandoque primeua. In hac finali parti-
cula huius totius libri de diſciplina ſcholarium circa
proxime dicta quoddam ſubiungit notabile quo magi-
ſtros quoſlibet cõmonet vt quecunqʒ tum in morib⁹ tum
quoqʒ adminiſtratione doctrinarum geſſerint hec ſaltem
eo ordine atqʒ manerie gerant vt ſicuti media primis pre
ualeant. ſic quoqʒ vltima mediis primiſqʒ antecellant. qꝫ
tamen plerumqʒ alio ordine geritur: quamuis enim prime
ua iudicia. ideſt figura ſiant quandoqʒ. ideſt ſepius. ſalua
ſubaudi ⁊ laudabilia. tamen vltima ſupple iudicia rema-
nebunt plerumqʒ inquinamenta. ideſt turpia ⁊ ſcelerata al
terius ſaporis. i. maneriei q̃ʒ prima. ¶ Notandum ſicut
parum prodeſt bene agere ſi mens labilis exiſtat cũ ex nul
lis actibus generetur habitus niſi boni operis perſeuerã
tia coexiſtat: ſic quoqʒ parum immo nihil proficit qui a
a bonis incipit medio tepet ſinemqʒ horrore confundit.
vnde in prouerbiis ſapientum bene dictum eſt. Nil pro-
deſt bene facere ſi ceſſes. Nam turpe eſt bona opera ce-
pta deſerere atqʒ in mala declinare. ¶ Incepto ergo bo-
no propoſito perſeuerandum eſt iugiter. Ille autem per-
ſeuerat qui bona cepta continuat. ille quoqʒ continuat q
ſũmo creationis fine ſingula claudit. Qui deus glorioſus
eſt in ſecula cuncta benedictus. Amen.

¶ Conſillabar item gnatoꝝ ſoluere carmen.
Obliqua facie ſurdus ab arce vehor.
Non pudeat ſtruxiſſe dolos exaggere ſato.
Rumiferos ſonitus dum mouet ampla ſeges.
Aderat interdum rabies contermina ponto.
Dum loquor ex quarto capite confer opus.
Uos precor o iuuenes qbus ẽ celebrãda iuuẽtus.
Suggerat innocuos nunc mea lira modos.

¶ Diui Seuerini Boetii de conſolatiõe. necnõ
de ſcholarium diſciplina melliſluis operibus. cuʒ
ſancti Thome ſuper vtroqʒ cõmentariis. in hoc
eodem volumine impreſſis venetiis per Otinuʒ
de la luna papienſeʒ. Anno ſalutis dñi: M. cccc.
lxxxix: die. xix. menſis Julii. Laus deo.